p. 243. *δύ' ἔτη* B. pro *δύο ἔτη.* e cod. a.

ibid. *τοὺς συνάρχοντας*] „Nonne *ἄρχοντας*?" Bekk.

p. 246. *πρώτην ταύτην ὑμᾶς*] „*ταύτην* addidi ex a. g. i." B.

ibid. *οὐδὲ τοὺς Δημοσθένους*] „*οὐδὲ* i. ceteri *οὐ.*" B.

p. 247. *ὑπό τινων* non *ὑπὸ τινῶν.* B.

ibid. *ἐποιησάμεθα* ex uno i. pro *ἐποιήσαμεν* dedit B. ut infra p. 251. et 252.

p. 248. *ἐτειχίσαμεν.*] „Immo *ἐτειχίσαμεν μέν.*" B.

ibid. *καὶ τριακοσίους Σκύθας* omisso *τοξότας*, quod tamen quinque codd. servant, dedit B.

p. 249. τοῖς τρόποις οὐ μετρίων] „τοῖς om. d. τοὺς τρόπους Scaliger." Bekk. ibid. πρὸς Λακεδαιμονίους Bekk. ex uno Cod. i. ibid ἦγεν non ἦγε Bekk. ibid. εἰς ἀκρόπολιν B. Quatuor habent εἰς τὴν ἀ. v. pag. 251.

p. 250. ἐπεχείρησε ex uno i. B. pro ἐνεχείρησε.

ibid. τεμηθῆναι."] „τιμηθῆναι H. Wolfius et Valckenarius Callimach E. F. p. 26. τεμηθῆναι a. e. f. h. l. m. τεμεθῆναι ceteri." B.

p. 251. „εἰς ἀκρόπολιν e. k. l. ceteri εἰς τὴν ἀκρόπολιν." Bekk. ibid. πλουσίους praetulit Bekk. πλουσίους duo tantum eius codd. exhibent. ibid. καὶ Εὔβοιαν ex uno i. B. ibid. ἀγαθὰ pro τἀγαθὰ e quinque codd. B.

p. 252. ἐνεπέσομεν e quatuor codd. etiam B.

ibid. ἀναφέντος e septem codd. B. ceteri ἀναφθέντος: qui sane tropus Libanium potius, quam Aeschinem refert. O.

p. 253. εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους τὴν πόλιν ἡμῶν καθέστησε]. Ita B. ex solo i. quod prae vulgata admodum languet. Sequens καὶ ante μὲν τῆς δημοκρατίας uncis idem inclusit, nullo tamen codice id omittente. O.

ibid. πολεμίοις] „πολέμοις Taylorus." Bekk. Eaque quamvis obloquente Reiskio, verissima est coniectura: non enim absurdam tantummodo censeo istam sententiam συναγωνιζόμενοι τοῖς πολεμίοις, ἐξ ὧν ὁ δῆμος καταλύεται, sed pessime etiam enunciatam, quum, si maxime hoc dicere voluisset, esse deberet ὑφ᾽ ὧν ὁ δ. κ. neque vero cum Reiskio suppleri potest ἔργων ad ἐξ ὧν, quum ἡ ἡ δημοκρατία σώζεται artissime cum praecedente nomine πολέμων iunctum, eandem in altero membro concinnitatem postulet. O.

p. 254. καὶ τὸν τῶν λόγων κύριον. Ita B. locum fortasse sanavit e sex codd. Sic tamen dubii haeremus, utrum Aeschines ipse, an librarii tantummodo obliti fuerint τῶν συμβούλων. Corruptelae quidem originem alii invenient in codicis illius, qui criticos semper male habebit, i., lectione τῶν ὅλων. Quid enim probabilius, inquient, quam quum semel aberrasset librarius ὅλων pro λόγων substituens, alios eiusmodi exemplar exscribentes propter necessariam τῶν λόγων oppositionem, utramque lectionem ὅλων et λόγων coniunxisse? At τὸν μηδὲ τῶν ὅλων λόγων κύριον ego quoque longe praeferrem, si praebuissent libri. O.

ibid. τὴν ὀργὴν quatuor codd. omittunt; duo ἀνθρώπῳ praeponunt.

pag. 2?5. καιρῷ εἶναι omittunt quidem quinque Bekkeri codices; nec tamen ego pro glossemate habuerim; etenim ita construendum, virgula ante καιρῷ cum Bekkero inducta, [illegible] ὅτι λόγῳ [illegible] καὶ [illegible] καιρῷ. Omissum autem fuit, ut praecedens illud τὴν ὀργὴν et sexcenta alia huius generis, v. c. p. [illegible]. ἀνδρῶν post σωφρόνων in quatuor codd. quia librario alicui vel festinanti, vel brevitatis-studioso supervacaneum videbatur. O.

ibid. ἐκινδύνευσεν non ἐκινδύνευσε B.

ibid. μέλλοντα αὐτῷ non αὑτῷ B.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΟΣ ΛΟΓΟΥ.

Κτησιφῶν ἔγραψε ψήφισμα, „Στεφανωσαι Δημοσθενην Δημοσθενους Παιανιεα χρυσωι στεφανωι και αναγορευσαι τον στεφανον εν τωι θεατρωι Διονυσιοις τραγωιδων, οτι διατελει τα αριστα και λεγων και πραττων τωι δημωι των Αθηναιων.“ τοῦτο τὸ ψήφισμα ἐγράψατο Αἰσχίνης παρανόμων, καὶ εἰσάγει κεφάλαια γενικὰ τρία. ἓν μὲν, ὅτι ὑπεύθυνον ὄντα τὸν Δημοσθένην ἐστεφάνωσε, τοῦ νόμου κελεύοντος, „μη εξειναι υπευθυνον αρχοντα στεφανουν.“ περὶ οὐσίας. δεύτερον δὲ, ὅτι ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνεκήρυξε τὸν στέφανον, ἀπαγορεύοντος τοῦ νόμου, „μηδενα στεφανουν εν τωι θεατρωι.“ περὶ ποιότητος. τρίτον καὶ τελευταῖον, ὅτι καὶ τα ψευδῆ ἔγραψεν ἐν τῷ ψηφίσματι· οὐκ εἶναι γὰρ καλὸν καὶ ἀγαθὸν τὸν Δημοσθένην, οὐδὲ ἄξιον τοῦ στεφάνου. καὶ τοῦτο εἰς τὸ παράνομον ἀνακτέον, ἐπειδη καὶ νόμος ἐστὶν ὁ κωλύων τὰ ψευδῆ γράφειν ἐν τοῖς ψηφίσμασιν. ἔστι δὲ περὶ ποιότητος. ὑποφορὰς δὲ λαμβάνει τρεῖς, πρὸς μὲν τὸ πρῶτον δισσῶς ἐροῦντος Δημοσθένους, ὅτι οὐκ ἦν ἄρχων, οὐδὲ ἐστὶν ἀρχὴ ἡ τῶν τειχῶν οἰκοδομὴ, ἀλλὰ διακονία τις καὶ ἐπιμέλεια. εἰ δὲ καὶ ἀρχὴ, τῷ γε ἐπιδεδωκέναι ἐκ τῶν ἰδίων, καὶ μηδὲν εἰληφέναι ἐκ τῆς πόλεως, οὐκ ἦν ὑπεύθυνος. περὶ ποιότητος ἀμφότερα· πρὸς δὲ τοῦτο Αἰσχίνης εἰσάγει στοχαστικὸν κεφάλαιον, οὐ μέντοι κατασκευάζει· εἰ δὲ μὴ παρ᾽ ἑαυτοῦ ἐπέδωκεν, ἀλλ᾽ εἶχε παρὰ τῆς βουλῆς εἰς τοῦτο δέκα τάλαντα. περὶ οὐσίας. πρὸς δὲ τὸ δεύτερον κεφάλαιον παρεχομένου

Δημοσθένους νόμον ἕτερον, κελεύοντα ἀνακηρύττειν ἐν τῷ θεάτρῳ, ἂν ψηφίσηται ὁ δῆμος, Αἰσχίνης οὐ περὶ τῶν πολιτικῶν αὐτόν εἶναί φησιν, ἀλλὰ περὶ τῶν ξενικῶν στεφάνων. περὶ οὐσίας. πρὸς δὲ τὸ τρίτον πολλὰ κατὰ μέρος. οἴεται δὲ τὸν Δημοσθένην εἰς τέσσαρας καιροὺς διῃρηκέναι τὴν ἀπολογίαν, τὰ πράγματα καθ' ἕκαστα εἰς τούτους μερίσαντα. πρῶτον μὲν οὖν φησὶν εἶναι καιρὸν τοῦ πολέμου τοῦ πρώτου τοῦ πρὸς Φίλιππον περὶ Ἀμφιπόλεως γενομένου, δεύτερον δὲ τὸν τῆς εἰρήνης, τρίτον δὲ τὸν τοῦ πολέμου τοῦ δευτέρου, καὶ τῆς περὶ Χαιρώνειαν ἥττης, τέταρτον δὲ τὸν παρόντα καιρὸν, τὸν περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον πολιτευμάτων. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ αἴτιον αὐτόν φησι γεγονέναι τῆς εἰρήνης, αἰσχρᾶς οὔσης καὶ ἀδόξου, καὶ τοῦ μὴ μετὰ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων συνεδρίου τὴν πόλιν αὐτὴν πεποιῆσθαι. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, ὅτι τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Φίλιππον αὐτὸς παρεσκεύασεν. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, ὅτι τοῦ ἱεροῦ πολέμου καὶ τῶν περὶ Φωκίας συμβάντων αἴτιος ἐγένετο, καὶ τῆς ἥττης τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ, πείσας μετὰ Θηβαίων ἀραμένους τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Φίλιππον, παρατάξασθαι. ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ, ὅτι κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον οὐκ ἐπολιτεύσατο. μετὰ ταῦτα καὶ τοῦ βίου παντὸς τοῦ Δημοσθένους κατηγορεῖ, καὶ δὴ καὶ Κτησιφῶντος ἐν ὀλίγοις· ἐν οἷς ἀξιοῖ αὐτὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ τὸν Κτησιφῶντα ἀπολογεῖσθαι. τὰ μὲν οὖν κεφάλαια ταῦτ' ἐστιν· ἐνίκα δὲ τὸν ἀγῶνα Δημοσθένης. μέμφονται μέντοι τινὲς τὸν Αἰσχίνην, ὅτι οὐκ ἐνδιέτριψεν ἐν τῷ παρανόμῳ, ἀλλὰ καὶ τῆς πολιτείας κατηγορεῖ τοῦ Δημοσθένους, καλῶς πεπολιτευμένου τοῦ ἀνδρός· αὐτὸς δὲ τοὐναντίον, τούτῳ μάλιστα ἰσχυρίζεται, λέγων οὕτως· ἔστι δ' ὑπόλοιπον μέρος τῆς κατηγορίας, ἐφ' ᾧ μάλιστα σπουδάζω. τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ πρόφασις, δι' ἣν αὐτὸν ἀξιοῖ στεφανοῦσθαι. μή ποτε δὲ ἄριστα τοῦτο ἔπραξεν. ἐπειδὴ γὰρ εἶχε δόξαν μεγάλην παρὰ πᾶσι καὶ ὑπόληψιν ὁ Δημοσθένης, ὡς λαμπρότατα πεπολιτευμένος, εἰκότως ᾠήθη ψυχροὺς καὶ οὐδε-

νὰς ἀξίους φανήσεσθαι τοὺς περὶ τῶν παρανόμων λόγους, εἰ μὴ δόξαν αὐτοῖς ἐμποιήσει τὴν ἐναντίαν· ὡς ἄρα ὁ Δημοσθένης κακόνους ἐστὶ τῷ δήμῳ, καὶ αἰσχρῶς, καὶ ἐπιμέμπτως πεπολίτευται. διὰ τοῦτο ἐσπούδασε περὶ τοῦτο μάλιστα, καὶ ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς κατηγορίας τὸ πλεῖστον ἐνδιέτριψε. μέμψαιτο δ᾽ ἄν τις τὸ προοίμιον ὡς τραγικὸν, καὶ περιττὸν, καὶ ἐπιλόγῳ μᾶλλον ἐοικός.

Ἡ στάσις τοῦ λόγου ἐστὶ πραγματικὴ ἔγγραφος, ὥσπερ καὶ ἡ τοῦ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου· τὰ δὲ κεφάλαια δηλονότι τῆς πραγματικῆς περιέχει ἅπερ καὶ ἐκεῖ. οἷον τὸ νόμιμον, τεμνόμενον εἰς τρεῖς νόμους· τὸ δὲ δίκαιον εἰς τέσσαρας καιρούς. ὅρα δὲ, πῶς ἐπιλογικῶς ἤρξατο ἀπὸ συνηγόρων ἐκβολῆς, ὥσπερ καὶ Δημοσθένης. τινὲς εἶπον, ὅτι οὐκ ἔχει κατασκευὴν τὸ προοίμιον· οὐκοῦν οὐδὲ συμπέρασμα δεῖ ζητεῖν. ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν ἀκατάσκευον. ἔστι γὰρ αὐτοῦ κατασκευὴ, ὑπὲρ τοῦ τὰ μέτρια καὶ τὰ συνήθη μὴ γίνεσθαι ἐν τῇ πόλει. εἰ γὰρ ἡ αἰτία τῆς προτάσεως ἐστὶν ἡ κατασκευὴ, δια δὲ τὸ τὰ μέτρια μὴ γίνεσθαι ἐν τῇ πόλει αἱ δεήσεις, κατασκευὴ ἂν εἴη. ἔχει δὲ καὶ συμπέρασμα· ἐγὼ δὲ πεπιστευκὼς ἥκω, ἕως τοῦ, μεῖζον τῶν νόμων καὶ τῶν δικαίων.

Περὶ Αἰσχίνου. Ὅτι ἠδυνήθη νικῆσαι τὴν κατηγορίαν Εὐβούλου συναγωνισαμένου κατὰ τοῦ Δημοσθένους, ἐν τῷ ποιῆσαι τοὺς δικαστὰς ἀναστῆναι ἔτι τοῦ Δημοσθένους λέγοντος, ὡς ἔγνωμεν καὶ τοῦτο ἐν τοῖς Δημοσθενικοῖς. συνέβη δὲ αὐτῷ ἐκπεσεῖν τῆς πατρίδος ὕστερον, διὰ τὸ κατηγορῆσαι τοῦ ψηφίσματος τοῦ Κτησιφῶντος, τοῦ ὑπὲρ τοῦ Δημοσθένους, ὡς παρανόμου, καὶ ὁρίσαντος τὸ πρόστιμον, ἐὰν μὴ δείξῃ αὐτὸ παράνομον, καὶ ἡττηθέντος, καὶ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι καταβαλεῖν τὴν καταδίκην, ἣν αὐτὸς ὥρισε, φυγῇ χρησαμένου· ὡς καὶ τοῦτο ἔγνωμεν ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου. φυγὼν δὲ τὴν πατρίδα, καὶ θελήσας ἀνελθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον, μαθὼν περὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, καὶ τῆς ταραχῆς τῶν τούτου

διαδόχων, εἰς Ῥόδον ἔπλευσε, καὶ Ῥοδιακὸν διδασκαλεῖον συνέστησε, παιδεύων τε οὕτω τοὺς νέους, καὶ τοῖς τελειοτέροις ἀνδράσιν ἀναγινώσκων τὸν λόγον τὸν κατὰ Κτησιφῶντος, ὃν εἶπε κατὰ τοῦ Δημοσθένους. καὶ θαυμαζόμενος σφόδρα παρ᾽ αὐτῶν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἐρωτώμενος παρ᾽ αὐτῶν, πῶς ἐπὶ τοιούτῳ λόγῳ ἥττηται, ἀπεκρίνατο· θαυμάζετε, πῶς ἥττημαι, καθὸ οὐκ ἠκούσατε ὑμεῖς τοῦ θηρίου ἐκείνου. θηρίον γὰρ αὐτὸν ἐκάλει διὰ τὸ δεινὸν τῶν τρόπων καὶ ἀνελεῆμον. λέγεται δὲ, ὅτι καὶ τὰς λεγομένας μελέτας καὶ τὰ πλάσματα τῶν ζητημάτων αὐτὸς πρῶτος ἐκεῖ εὗρεν ἐν τῷ σχολάζειν. Ὅτι μαθητὴς ἐγένετο, ὡς μὲν Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς φησι, Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου, εἶθ᾽ ὕστερον Πλάτωνος. ὡς δὲ Καικίλιος καὶ Ἰδομενεὺς καὶ Ἕρμιππος ἱστοροῦσιν, οὐκ ἤκουσε τούτων τῶν ἀνδρῶν μαθήσεως χάριν. φασὶ γὰρ, ὡς ὅτι οὐδὲν τοῦ χαρακτῆρος τοῦ Πλατωνικοῦ σώζει, οὔτε τὸ ἀκριβὲς καὶ καθαρὸν καὶ ἀπέριττον καὶ εὔρυθμον, ἀλλὰ κεχηνυῖά πώς ἐστιν αὐτοῦ ἡ ἰδέα τοῦ λόγου, καὶ ἄτεχνος μὲν καὶ προπετὴς, καὶ εὐχερῶς ἐπὶ τὸ λοιδορεῖν αἰσχρῶς καὶ ἀπρεπῶς ῥήτορι ἐξαγομένη. ἔχουσα δέ τι εὐφυὲς καὶ εὐάγωγον καὶ οἷον ἂν γένοιτό τινι ἐκ φύσεως καὶ μελέτης ἀφανοὺς.

ΑΙΣΧΙΝΟΥ ΤΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ

Ο ΚΑΤΑ

ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΟΣ

ΛΟΓΟΣ.

---

1. *Τὴν μὲν παρασκευὴν ὁρᾶτε, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν παράταξιν, ὅση γεγένηται, καὶ τὰς κατὰ τὴν ἀγορὰν δεήσεις, αἷς κέχρηνταί τινες ὑπὲρ τοῦ τὰ μέτρια καὶ τὰ συνήθη μὴ γίνεσθαι ἐν τῇ πόλει· ἐγὼ δὲ πεπιστευκὼς ἥκω, πρῶτον*

---

1. *παρασκευὴν - καὶ - παράταξιν*] Vocabula desumta ex re militari. *Παρασκευὴ* enim dicitur de apparatu bellico (Scholiastes Demosth. *περὶ στεφ.* p. 260. *παρασκευὰς* exponit *τὰς πολεμικὰς ἑτοιμασίας*): *παράταξις* de acie. Scholiastes, *δοκεῖ δὲ τραγικωτέρᾳ κεχρῆσθαι εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῇ μεταφορᾷ, πολιτικώτερον δὲ ὑπὸ Δημοσθένους εἰρῆσθαι τὸ αὐτὸ νόημα ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἔχον οὕτως· ὅση μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σπουδὴ καὶ παραγγελία γέγονε κ. τ. λ.* Similia monet Ulpianus ad Demosthenem *περὶ στεφ.* ad init., et ad *βαδίζω*, quo Demosthenes utitur, notat: *τινὲς ἐμέμψαντο, ὡς τροπὴν ἐν προοιμίοις οὐ καλῶς κειμένην, τὴν λέξιν.* Non tamen primus est Aeschines, qui in prooemio hoc tropo utebatur. Andocid. *περὶ τῶν μυστηρ.* p. 1. *τὴν μὲν παρασκευὴν - καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν — — σχεδόν τι πάντες ἐπίστασθε.* Lysias *πρὸς Σίμ.* p. 134. *ὁρῶν, ὅτι καὶ παρασκευαὶ καὶ τύχαι ἐνίοις τοιαῦται γίνονται, ὥστε πολλὰ καὶ* [illegible] *ἐπαμύνειν τοῖς κινδυνεύουσιν.*

τὰ μέτρια καὶ τὰ συνήθη] Pro *μέτρια* cod. Mead. habet *προσήκοντα*, ex scholio, opinor. Nam etiam scholiastes nostro loco: *μέτρια τὰ προσήκοντα.* c k l, qui codd. eiusdem familiae sunt, omittunt articulum ante *συνήθη*, quod non probandum. Nam, omisso

μὲν τοῖς θεοῖς, δεύτερον δὲ τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν, ἡγούμενος οὐδεμίαν παρασκευὴν μεῖζον ἰσχύειν παρ' ὑμῖν τῶν νόμων καὶ τῶν δικαίων. ἐβουλόμην μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους καὶ τὰς ἐκκλησίας ὑπὸ τῶν ἐφεστηκότων ὀρθῶς διοικεῖσθαι, καὶ τοὺς νόμους, οὓς ἐνομοθέτησεν ὁ Σόλων περὶ τῆς τῶν ῥητόρων εὐκοσμίας, ἰσχύειν, ἵνα ἐξῇ πρῶτον μὲν τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν πολιτῶν, ὥςπερ οἱ νόμοι κελεύουσι, σωφρόνως ἐπὶ τὸ βῆμα

---

articulo, συνήθη tamquam explicativum additum foret antecedenti μέτρια. Sed τὰ συνήθη diversae significationis epitheton est. Τὰ μέτρια ipsam rei naturam spectat, τὰ συνήθη id quod sit ἔθος civitatis, quod sit in usu: τὸ ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθαι καὶ μηδὲν παρὰ τὸ δίκαιόν τινι χαρίζεσθαι.

δεύτερον δὲ] c k l, ἔπειτα δεύτερον. Utrumque Aeschini usitatum. Retinui igitur, quod plurimis codd. nititur. Cf. Tim. 69. fin. παραπρ. 8. 53., paullo post. Infra 18. 28. 53 Ceterum ὑμεῖς (ἀκροαταὶ) et νόμοι ut unum h. l. tractantur ab Aeschine: qua observatione vulgatam lectionem defendit Spaldingius contra Reiskium in Demosthenis Midian. c. 3.

τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους] Bern. et Helmst. habent τὴν βουλὴν τῶν πεντακοσίων, idemque conjecit Scaliger. Sed interdum appositio determinativa, praesertim numeralis, eodem casu nomini apponitur. Iterum c. 6. πάλιν τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους ὑπεύθυνον πεποίηκεν ὁ νομοθέτης. fin. nostrae § ἡ προεδρεύουσα φυλή, τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως. Lenior quidem est ea verborum collocatio, quam legimus apud Andoc. περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθ. p. 84. τὰ δὲ μέλλοντά τε καὶ ἤδη πραττόμενα ἄνδρες ὑμῶν πεντακόσιοι ἐν ἀποῤῥήτῳ ἴσασιν, ἡ βουλή. Cf. Matthiae Gr. Gr. §. 433. 4.

ἵνα ἐξῇ] Bekkerus in priore hujus orationis editione scripserat e conj. ἵν' ἐξῆν, in altera tantum margini adsripsit: „aptius fortasse ἐξῆν:“ quod si a Mss. oblatum fuisset, ipse etiam recepissem. Nam cum imperfecto indicativi ἵνα construitur, quum, quem quis propositum habebat finem, non assequebatur. Hic autem, praesertim post aoristum, conjunctivus, finem in universum indicans, parum aptus. Interdum ν in ι subscriptum transiisse monuit Schaeferus Melet. Critt. p. 110., quamquam multo frequentius ι in ν mutatum esse docuit ibidem p. 109.

παρελθόντι, ἄνευ θορύβου καὶ ταραχῆς, ἐξ ἐμπειρίας τὰ βέλτιστα τῇ πόλει συμβουλεύειν· δεύτερον δὲ ἤδη, καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν τὸν βουλόμενον καθ' ἡλικίαν χωρὶς καὶ ἐν μέρει περὶ ἑκάστου γνώμην ἀποφαίνεσθαι. οὕτω γὰρ ἄν μοι δοκεῖ ἥ τε πόλις ἄριστα διοικεῖσθαι, αἵ τε κρίσεις ἐλάχισται γίνεσθαι. ἐπειδὴ δὲ πάντα τὰ πρότερον ὡμολογημένα καλῶς ἔχειν νυνὶ καταλέλυται, καὶ γράφουσί τινες ῥᾳδίως παρανόμους γνώμας, καὶ ταῦτα ἕτεροί τινες

τὸν βουλόμενον] Scaliger conjicit τῷ βουλομένῳ, quo constructio fit congrua antecedenti. Sed constructionis est variatio. Ut enim ἔξεστι cum dativo, sequente infinitivo, construi potest, sic accusativus potest infinitivo adjungi. Ejusmodi autem variationes frequentes. Cf. Duker ad Thuc. L. II, 36. et Elmsley. ad Eurip. Heracl. 7.

ἐλάχισται γίνεσθαι] Sic Bekkerus dedit in altera editione, et sic habent Bern. nec ullam e suis codd. varietatem notavit Bekkerus. In priore retinuerat Reiskianam lectionem ἐλάχιστα: quod adverbium hic mihi locum habere non posse videtur. Nam si γίνεσθαι cum adverbio construitur, modus indicatur, quo quid fiat: contra si γίνεσθαι sit enuntiationis copula, praedicatum per adjectivum est exprimendum. Sensus est: Quum demagogi novi, adolescentuli, populum in vana et injusta abripiunt, multitudo litium erumpit: quae locum non haberet, si sobrii et prudentes homines civitatem gubernarent. Nondum, ne post ea quidem, quae God. Stallbaum monuit ad Plat. Euthyphr. p. 10. seq., persuadere mihi possum, adverbium adjectivi instar adjungi posse verbo εἶναι, similibusque. Quaedam ex antiquo sermone etiam in scripturam migrasse, non negabo. Sed pauca sunt et certa. Bekkerus margini adscripsit: „Fortasse legendum τάχιστα." Equidem in vulgata acquiesco, quamquam non damnanda conjecturae sententia. Nam si qua in civitate discordia existat, ea, gubernantibus hominibus sobriis et prudentibus, celerrime componetur: quum novi homines honoris, quem opinantur, et publicae salutis caussa gaudeant discordia.

ταῦτα] Marklandus conjicit τοιαῦτα. Sed ταῦτα acerbius hoc ipsum respicit ψήφισμα, quod Ctesiphon tulerat, et de quo nunc agitur.

τὰ ψηφίσματα ἐπιψηφίζουσιν, οὐκ ἐκ τοῦ δικαιοτάτου τρόπου λαχόντες προεδρεύειν, ἀλλ' ἐκ παρασκευῆς καθεζόμενοι· ἐὰν δέ τις τῶν ἄλλων βουλευτῶν ὄντως λάχῃ κληρούμενος προεδρεύειν, καὶ τὰς ὑμετέρας χειροτονίας ὀρθῶς ἀναγορεύῃ, τοῦτον οἱ τὴν πολιτείαν οὐκέτι κοινήν, ἀλλ' ἰδίαν αὑτῶν ἡγούμενοι εἶναι, ἀπειλοῦσιν εἰσαγγέλλειν, καταδουλούμενοι τοὺς ἰδιώτας, καὶ δυναστείας ἑαυτοῖς περιποιοῦντες, καὶ τὰς κρίσεις, τὰς μὲν ἐκ τῶν νόμων καταλελύκασι, τὰς δὲ ἐκ τῶν ψηφισμάτων μετ' ὀργῆς κρίνουσι· σεσίγηται

χειροτονίας – ἀναγορεύῃ] Hoc epistatae erat, qui, quum porrectae manus, quantum fieri poterant, dinumeratae essent a praecone, pronuntiabat ut ratum, quod plures jusserant. Cf. Schömann de comit. p. 124. s.

ἀλλ' ἰδίαν] Bern. e, k, l, *ἀλλ' ἤδη ἰδίαν*: quod non spernendum videtur. Sic enim oppositio fortior cum antecedente *οὐκέτι*. Frequens haec oppositio est in Aeschine. Tim. 9. *οὐκ ἔτι ἑτέρῳ διαλέγεται ἀλλ' ἤδη αὐτῷ. παραπρ. 29. οὐκ ἔθ' ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως πρὸς ἡμᾶς ἠγωνίζετο, ἀλλ' ἤδη περὶ Λήμνου.* Infra 12. *νῦν οὐκ ἔτι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους.*

εἰσαγγέλλειν] Reiskius ex solo Bern., qui correctricem manum expertus est, dedit *εἰσαγγελεῖν*, idque in priore editione retinuit Bekkerus: in altera, meo judicio, recte, revocavit vulgatam. Praesens et aoristum infinitivi post verba, quae futuri quid involvunt, satis vindicavi ad Tim. 13.

τὰς κρίσεις] *Κρίσις* hic est modus ac ratio, qua caussa in foro agitatur, inde ab initio usque ad sententiae pronuntiationem: der Gang des Processes.

μετ' ὀργῆς] Pro lubitu. *Ὀργὴ* non iram solum denotare, sed omnes animi affectus complecti, monuimus jam *παραπρ.* 53. Demosthenes in Mid p. 44. Buttm. *εἰ τοίνυν τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθ., ἄλλως πως ἔχει τὴν ὀργὴν ἐπὶ Μειδίαν, ἢ ὡς οὐ δέον αὐτὸν τεθνάναι, οὐκ ὀρθῶς ἔχει.*

κρίνουσι· σεσίγηται] Sic etiam Bekkerus in priore editione dedit. In altera legitur *κρίνουσιν· σεσίγηται.* Si e Mss. suis omnibus hoc revocavit, quum varietas notata non sit, non statim rejiciendum,

μὲν τὸ κάλλιστον καὶ σωφρονέστατον κήρυγμα τῶν ἐν τῇ πόλει, „τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων καὶ πάλιν ἐν μέρει τῶν ἄλλων Ἀθηναίων,“ τῆς δὲ τῶν ῥητόρων ἀκοσμίας οὐκέτι κρατεῖν δύνανται, οὔθ᾽ οἱ νόμοι, οὔθ᾽ οἱ πρυτάνεις, οὔθ᾽ οἱ πρόεδροι, οὔθ᾽ ἡ προεδρεύουσα φυλή, τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως. 2. τούτων δ᾽ ἐχόντων οὕτως, καὶ τῶν καιρῶν ὄντων τῇ πόλει τοιούτων, ὁποίους τινὰς αὐτοὺς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε

---

etiamsi in scholis haec non doceamur. Verum videntur prosaici scriptores accuratissimi, vel si major sequatur interpunctio, vel si hoc vocabulum a sequentibus aliquo modo separare voluerint, ν paragogicum addidisse; et Corayus, qui in Isocrate hoc semper exterminare volebat, quamvis diligens erat, non tamen constare sibi potuit. Quum certam regulam nondum enucleare potuerim, cautissimum reor, Mss. sequi. Eadem fere dicenda de οὕτω et οὕτως. Equidem opinor, codd. Mss. esse sequendos, si οὕτως ante consonam efferant, quando significat hoc modo, sic; οὕτω vero ante consonam scribendum esse, si gradum denotans cum adjectivo vel adverbio, in quo ipsa qualitatis notio inest, in unam quasi notionem confluat, nisi forte gradus maximus notetur. Similiter intelligo ea, quae Car. Henr. Frotscher ad Xenoph. Hier. I, 3. observavit.

οὔθ᾽ οἱ πρόεδροι] Desunt haec in Mead. Et fortasse quis haec opinetur melius omitti ob sequentia. Sed πρόεδροι non sunt confundendi cum προεδρεύουσα φυλή; videnda, quae diximus ad Tim. 11. de discrimine inter φυλὴν πρυτανεύουσαν et προεδρεύουσαν.

2. ὁποίους τινὰς] Sic dedit Bekkerus. Vulgo deest τινὰς, quod accessit ex Bern. Mead. Helmst. a b c g i k l m n. Pronomen indefinitum relativis additum significat tandem, et saepe, ut hic, vim auget: quum civitatis discrimen sit tantum, quantumcunque tandem animo concipitis. Patet non opus esse, quod Reiskius conjicit, aut ante ὑμεῖς aut ante ὑπολαμβάνετε addendum οὐδέ. Vult Aeschines, reipublicae tempora tam esse gravia, quam quis animo concipere possit; neminem posse in opinione sua veritatem excedere. Rhetorica est hyperbole.

εἶναι, ἓν ὑπολείπεται μέρος τῆς πολιτείας, εἴ τι κἀγὼ τυγχάνω γινώσκων, αἱ τῶν παρανόμων γραφαί. εἰ δὲ καὶ ταύτας καταλύσετε, ἢ τοῖς καταλύουσιν ἐπιτρέψετε, προλέγω ὑμῖν, ὅτι λήσετε κατὰ μικρὸν τῆς πολιτείας τισὶ παραχωρήσαντες. εὖ γὰρ ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι τρεῖς εἰσὶ πολιτεῖαι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, τυραννὶς, καὶ ὀλιγαρχία, καὶ δημοκρατία. διοικοῦνται δ' αἱ μὲν τυραννίδες καὶ ὀλιγαρχίαι τοῖς τρόποις τῶν ἐφεστηκότων· αἱ δὲ πόλεις αἱ δημοκρατούμεναι τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις. μηδεὶς οὖν ὑμῶν τοῦτ' ἀγνοείτω, ἀλλὰ σαφῶς ἕκαστος ἐπιστάσθω, ὅτι, ὅταν εἰσίῃ εἰς δικαστήριον, γραφὴν παρανόμων δικάσων, ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ μέλλει τὴν ψῆφον φέρειν περὶ

ἓν – μέρος τῆς πολιτείας] Μέρος, ut Latinorum pars, idem fere est, quod vulgo dicitur genus, forma; ἡ πολιτεία civilis ratio, qua quis reipublicae perniciem avertere, et, quantum fieri possit, ejus salutem stabilire queat.

αἱ τῶν παρανόμων γραφαὶ] „Si quis in psephismate ad populum lato videbatur aliquid animadvertisse, quod veteribus legibus contrarium aut a bono publico alienum esset aut alio nomine juste reprehendi posset, ei, si psephismatis auctorem mendaciorum et fraudium convincere se posse arbitrabatur, licebat assurgere, et male rogatae legis postulaturum se esse latorem coram populo profiteri, et jure jurando interposito affirmare." Uberius haec exsequitur F. A. Wolfius in Prolegg. ad Leptin. p. CXXXVII. sqq. Schömann de comitt. L. II. c. 2.

τισὶ] Non erat, cur Taylor mallet τουτοισί. Pronomen enim indefinitum saepissime per contemtum de adversariis ponitur, quos tanquam improbissimos et reipublicae perniciosissimos notare volunt.

τρεῖς εἰσὶ πολιτεῖαι] Cf. Tim. 2.

εἰσίῃ εἰς δικαστήριον, γραφὴν παρανόμων δικάσων] Εἰσιέναι hic dicitur de judicibus, ut εἰσελθεῖν. Adhibetur alibi etiam de reis. Quin etiam γραφὴ dicitur εἰσιέναι, quod annoto propter lectionem, hoc quidem loco aperte corruptam, editionis Ald., quae habet γραφὴ pro γραφήν.

τῆς ἑαυτοῦ παῤῥησίας. διόπερ καὶ ὁ νομοθέτης τοῦτο πρῶτον ἔταξεν ἐν τῷ τῶν δικαστῶν ὅρκῳ, „Ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους," ἐκεῖνό γε εὖ εἰδώς, ὅτι, ὅταν διατηρηθῶσιν οἱ νόμοι τῇ πόλει, σώζεται καὶ ἡ δημοκρατία. ἃ χρὴ διαμνημονεύοντας ὑμᾶς, μισεῖν τοὺς τὰ παράνομα γράφοντας, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι μικρὸν εἶναι τῶν τοιούτων ἀδικημάτων, ἀλλ' ἕκαστον ὑπερμέγεθες, καὶ τοῦθ' ὑμῶν τὸ δίκαιον μηδένα ἀνθρώπων ἐξαιρεῖσθαι, μήτε τὰς τῶν στρατηγῶν συνηγορίας, οἳ ἐπὶ πολὺν ἤδη χρόνον συνεργοῦντές τισι τῶν ῥητόρων λυμαίνονται τὴν πολιτείαν, μήτε τὰς τῶν ξένων δεήσεις, οὓς ἀναβιβαζόμενοί τινες ἐκφεύ-

---

παῤῥησίας] Cf. ad Tim. 7. Demosthenes Mid. p. 58. §. 26. Buttm. respiciens ad *ἄτιμον*: *ἔοικε νῦν σιωπῇ, οὐ μόνον τῶν ἄλλων ἀγαθῶν τῶν κοινῶν ἀπεστερημένος, ἀλλὰ καὶ τοῦ φθέγξασθαι καὶ ὀδύρασθαι*, quae est ejusdem notionis periphrasis.

τὰ παράνομα γράφοντας] Articulus deest in Helmst., eumque tacite omisit Bekkerus in priore editione. In secunda is adest. Utrumque mihi videtur eadem vi in usu fuisse, nisi quod articulus rem ut gravem notet.

μηδένα ἀνθρώπων ἐξαιρεῖσθαι] Reiske ex cod. Askew. dedit *μηδένα ἐᾶν ἀνθρώπων ἐξαιρεῖσθαι*, eumque in priore editione secutus est Bekkerus, in altera revocavit vulgatam. Facile quidem *ἐᾶν* excidere potuisse inter ea quae antecedunt et sequuntur, nemo negabit. Hujus tamen notionis expressio recentiori potius quam antiquo aevo est necessaria. Concedendi enim et prohibendi notionem antiqui supprimunt, quum ea ex contextu sponte in animum influat. Quid notius ellipsi, quam dicunt, verbi *σκοπεῖν* et *φυλάττεσθαι* ante *ὅπως* et *ὅπως μή*? Praesertim id fit, quum in ipsa enuntiatione vocabulum sit, quod notionem jam involvit. Sic in hac enuntiatione *μηδένα*.

τῶν στρατηγῶν συνηγορίας] Saepe accusant oratores *τοὺς στρατηγούς*, quod tantum absit, ut reipublicae hostes foris devincant, ut, otiosi domi manentes, seditiosorum consilia adjuvent, otiumque et libertatem reipublicae perturbent.

τῶν ξένων] Intelligit potentes et divites ex aliis civitatibus, quos producebant rei, ut testes essent, quam bene de se suisque civitatibus

γουσιν ἐκ τῶν δικαστηρίων, παράνομον πολιτείαν πολιτευόμενοι· ἀλλ' ὥσπερ ἂν ὑμῶν ἕκαστος αἰσχυνθείη τὴν τάξιν λιπεῖν, ἣν ἂν ταχθῇ ἐν τῷ πολέμῳ, οὕτω καὶ νῦν αἰσχύνθητε ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν, ἣν τέταχθε ὑπὸ τῶν νόμων φύλακες τῆς δημοκρατίας τήνδε τὴν ἡμέραν. κἀκεῖνο δὲ χρὴ διαμνημονεύειν, ὅτι νῦν ἅπαντες οἱ πολῖται παρακαταθέμενοι τὴν πόλιν ὑμῖν, καὶ τὴν πολιτείαν διαπιστεύσαντες, οἱ μὲν πάρεισι καὶ ἐπακούουσι τῆσδε τῆς κρίσεως, οἱ δὲ ἄπεισιν ἐπὶ τῶν ἰδίων ἔργων· οὓς αἰσχυνόμενοι, καὶ τῶν ὅρκων, οὓς ὠμόσατε, μεμνημένοι, καὶ τῶν νόμων, ἐὰν ἐξελέγξωμεν Κτησιφῶντα, καὶ παράνομα γράψαντα καὶ ψευδῆ καὶ ἀσύμφορα τῇ πόλει, λύετε, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς παρανόμους γνώμας, βεβαιοῦτε τῇ πόλει τὴν δημο-

---

atque etiam in commodum Atheniensium meruerint ii, qui accusabantur. Novimus jam ex Cornelii Nepotis Timoth. c. 4, 3., Jasonem tyrannum, qui in patria sine satellitibus se tutum non arbitratus sit, Athenas sine ullo praesidio venisse, ut ne deesset Timotheo de fama dimicanti.

τὴν τάξιν λιπεῖν] Perstringit Demosthenem, cui crimen Λειποταξίου jam παραπρ. c. 42. objecit.

φύλακες cet.] Munus quasi indicatur, quod ipsis sit demandatum. Idem est ac si dixisset, ὥστε εἶναι φύλακας.

τήνδε τὴν ἡμέραν] Dedit Reiskius ex Helmstad. εἰς τήνδε τὴν ἡμέραν, quod retinuit in prima editione Bekkerus, quum ita exhiberent etiam d e f; (in posteriore notatur ex c e h k n) in altera praepositionem omisit. Recte, opinor. Nam τήνδε τὴν ἡμέραν jungendum cum τὴν τάξιν, ἣν τέταχθε: quod est multo significantius, quam si praepositio terminum significat, ad quem. Hoc die non usque ad hunc diem.

παρακαταθέμενοι τὴν πόλιν ὑμῖν] Quod sequitur, est explicativum, τὴν πολιτείαν διαπιστεύσαντες. Librarii nonnulli, offendentes in verbo composito raro, dederunt simplex πιστεύσαντες.

ἐὰν ἐξελέγξωμεν] Ut παραπρ. 2. ἐξελέγξω pro simplice ἐλέγξω, ita hic ἐξελέγξωμεν scripsit in altera editione Bekkerus ex Helmst. a c g k l m n pro vulgato ἐλέγξωμεν.

κρατίαν, κολάζετε τοὺς ὑπεναντίως τοῖς νόμοις καὶ τῇ πόλει καὶ τῷ συμφέροντι τῷ ὑμετέρῳ πολιτευομένους. κἂν ταύτην ἔχοντες τὴν διάνοιαν, ἀκούητε τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι λόγων, εὖ οἶδ' ὅτι καὶ δίκαια, καὶ εὔορκα, καὶ συμφέροντα ὑμῖν αὐτοῖς ψηφιεῖσθε καὶ πάσῃ τῇ πόλει.
3. Περὶ μὲν οὖν τῆς ὅλης κατηγορίας μετρίως μοι ἐλπίζω προειρῆσθαι· περὶ δὲ αὐτῶν τῶν νόμων, οἳ κεῖνται περὶ τῶν ὑπευθύνων, παρ' οὓς τὸ ψήφισμα τοῦτο τυγχάνει γεγραφὼς Κτησιφῶν, διὰ βραχέων εἰπεῖν βούλομαι. ἐν γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἄρχοντές τινες τὰς μεγίστας ἀρχάς, καὶ τὰς προσόδους διοικοῦντες καὶ δωροδοκοῦντες

τοῖς νόμοις] Sic habent Ask. Helmst. c e k l, et dedit Bekkerus in priore editione; in altera revocavit, quod vulgabatur antea, τῷ νόμῳ. Sed usitatissimus est oratoribus pluralis οἱ νόμοι vel de universa legislatione vel de singulis legibus. Taylor infra c. 6. pro τῶν νόμων reponi voluit τοῦ νόμου: quo minime opus. Nam ad verba c. 11. προειπὼν ὧν ἕνεκα οἱ νόμοι ἐτέθησαν annotat Scholiastes: πάλιν πληθυντικῶς εἶπεν ἀντὶ ἑνικοῦ.

ἀκούητε] Vulgo ἀκούοιτε: quod h. l. soloecum est. In priore editione Bekkerus edidit ἀκούσητε, in posteriore ἀκούητε, ut jam Stephanus. Aoristus conjunctivi, si a plurimis offerretur codd., bonus esset, significationem habens futuri exacti, cui respondet in apodosi futurum actionis durantis, ut hic εὖ οἶδ' ὅτι ψηφιεῖσθε. Sed etiam praesens peraptum, inprimis tum propter participium ἔχοντες τὴν διάνοιαν, tum ut mite monitum, continuam adhibendam esse attentionem.

ὑμῖν αὐτοῖς] In priore editione Bekkerus scripserat ὑμῖν τ' αὐτοῖς, nulla annotata varietate, in altera revocavit vulgatum. Recte. Nam ὑμῖν αὐτοῖς et πάσῃ τῇ πόλει non sunt res diversae, quibus idem tribuatur praedicatum, sed πάσῃ τῇ πόλει nonnisi amplificat notionem τοῦ ὑμῖν αὐτοῖς. Saepe quidem legitur τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, ut Demosth. περὶ στεφ. p. 225. qua formula et tota civitas et singuli cives respiciuntur.

3. ὑπευθύνων] Vide ad Tim. 1., ubi de εὐθύναις sermo est.

περὶ ἕκαστα τούτων προςλαμβάνοντες τούς τε ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ῥήτορας, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ δήμου, πόῤῥωθεν προκατελάμβανον τὰς εὐθύνας ἐπαίνοις καὶ κηρύγμασιν· ὥςτε ἐν ταῖς εὐθύναις τῶν ἀρχῶν, εἰς τὴν μεγίστην μὲν ἀπορίαν ἀφικνεῖσθαι τοὺς κατηγόρους, πολὺ δὲ ἔτι μᾶλλον τοὺς δικαστάς. πολλοὶ γὰρ πάνυ τῶν ὑπευθύνων ἐπ' αὐτοφώρῳ κλέπται τῶν δημοσίων χρημάτων ὄντες ἐξελεγχόμενοι, δια-

---

προςλαμβάνοντες] Hoc vocabulum, quod Reiskius ut spurium uncis incluserat, recte his liberavit Bekkerus. Ex hoc enim pendet qui sequitur accusativus *τοὺς ῥήτορας*: in auxilium vocantes oratores. Num de industria *προςλαμβάνοντες* et *προκατελάμβανον* Aeschines in eadem enuntiatione conjunxerit, non decernam. — Duplex genus *ῥητόρων* hic memoratur, *οἱ ἐκ τοῦ βουλευτηρίου* et *οἱ ἐκ τοῦ δήμου*. Illi videntur esse, qui ipsi senatores, quum res a senatu deliberatas proponerent, loquebantur, hi, qui surgerent pro ordine ex populo.

πόῤῥωθεν προκατελάμβανον] De parallelismo vide ad Tim. 18.

τῶν ἀρχῶν] Sic edidit Bekkerus ex e k l. Vulgo *τῶν ἀρχόντων*. Quod, si tempus urgeas, parum est aptum. Nam *οἱ ἄρχοντες* proprie sunt, qui hoc ipso tempore tenent magistratum. *Εὐθύνην* autem reddere debebant ii, qui magistratum gesserant, qui eo abierant. Possit tamen *οἱ ἄρχοντες* quasi terminus technicus esse, temporis ratione non habita. Sed quum vocabulo *εὐθύνη* genitivus muneris, cujus ratio redditur, non hominis, qui munus gesserat, addi soleat, quumque alteram lectionem codices haud contemnendi obtulerint, Bekkerum secutus sum. c. 3. *ἐπειδὰν λόγον καὶ εὐθύνας τῆς ἀρχῆς δῷ*. Demosthenes *περὶ παραπρ.* p. 367. *τοῦτο γάρ εἰσι πρεσβείας εὐθύναι*. *περὶ στεφ.* p. 308. *στρατηγίας ἐμὲ εὐθύνας ἀπαιτεῖς*. Atque etiam *ἀρχαὶ* pro *ἄρχοντες* saepe ponuntur, ut ostendit Blomfield ad Aeschyli Ag. v. 122.

κλέπται – ὄντες ἐξελεγχόμενοι] *Ὄντες* vim habet re vera. *Κλέπται ὄντες* est, quod nos dicimus: als wirkliche Diebe. Haec frequens est hujus participii significatio, nec erat a viris doctis in dubium vocanda. *Ἐξελέγχεται κλέπτης* Graecis non idem est, quod *ἐξελέγχεται κλέπτης ὤν*. Hinc quum verbum finitum participii formam induat, dicendum: *ἐξελεγχόμενος κλέπτης ὤν*. Sic etiam aliorum verborum, quae finita participium loco infinitivi junctum sibi habent,

φύγγανον ἐκ τῶν δικαστηρίων. εἰκότως. ᾐσχύνοντο γάρ, οἶμαι, οἱ δικασταὶ, εἰ φανήσεται ὁ αὐτὸς ἀνὴρ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, τυχὸν δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ, πρώην μέν ποτε ἀναγορευόμενος ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης ὑπὸ τοῦ δήμου χρυσῷ στεφάνῳ· ὁ δὲ αὐτὸς ἀνὴρ μικρὸν ἐπισχὼν, ἔξεισιν ἐκ τοῦ δικαστηρίου κλοπῆς ἕνεκα τὰς εὐθύνας ὠφληκώς. ὥςτε ἠναγκάζοντο τὴν ψῆφον φέρειν οἱ δικασταὶ, οὐ περὶ τοῦ παρόντος ἀδικήματος, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῆς αἰσχύνης τοῦ δήμου. κατιδὼν δέ τις ταῦτα νομοθέτης, τίθησι νόμον, καὶ μάλα καλῶς

---

participium cum participio jungitur. Demosthenes κατὰ Τιμοκρ. p. 735. ἐπὶ τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ – τῷ ἀπειρηκότι τὰ ἑαυτοῦ χρήματα εἰςφέροντι, ubi Lambinus de veritate lectionis dubitabat. Sed quum ἀπείρηκα cum participio construatur, ἀπείρηκα εἰςφέρων, etiam participio ἀπειρηκὼς alterum participium jungi potest. — Ab hoc longe diversa est participii ὢν cum alio participio conjunctio, ubi ὢν copulae vim habet, et alterum participium adjectivi vel substantivi vicem gerit. Porsonus ad Euripidis Hec. v. 562. „rarissima, inquit, participii substantivi cum alio participio conjunctio." Nec vero tam rara est, quam opinatus esse videtur vir doctissimus, sed haud raro a viris doctis addubitata. Xenophon S y m p o s. VIII, 2. Κριτόβουλός γε μὴν, καὶ ἐρώμενος ὢν, ἤδη ἄλλων ἐπιθυμεῖ: ubi Schneiderus, inprimis mihi, inquit, ὢν post ἐρώμενος displicet. Sine caussa. Ἐρώμενος substantivi loco positum, habitum indicat, nec unam solam conditionem spectat. H e l l e n. I, 2, 2. ἐκ δὲ τῆς Μιλήτου βοηθήσαντές τινες τοῖς Πυγελεῦσι, διεσπαρμένους ὄντας τῶν Ἀθηναίων τοὺς ψιλοὺς ἐδίωκον. II, 1, 28. διεσκεδασμένων δὲ τῶν ἀνθρώπων ὄντων, αἱ μὲν τῶν νεῶν δίκροτοι ἦσαν, αἱ δὲ μονόκροτοι, ubi ὄντων delendum censuerunt Stephanus et Leunclavius. Infra c. 50. ὁ νεανίσκος, ἑτέρων [illegible] διαφέρων γενόμενος, ubi varia tentarunt viri docti.

ἐν τοῖς ἀγῶσι] Intelligit certamina ludicra, inprimis tragoediarum, quae festo tempore habebantur.

νομοθέτης] „Quoties de legibus novis rogandis veteribusque abrogandis agendum erat, creabantur a populo Nomothetae. Erat autem huic rei unum inprimis tempus statum, anni cujusque initium, quo tempore legum censura solennis. Hujus ratio atque ordo legitimus optime ex ipsis legibus cognoscitur, quas a Demosthene servatas habemus in oratione in Timocr. p. 706. sqq." Uberius haec

ἔχοντα, τὸν διαῤῥήδην ἀπαγορεύοντα τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν. καὶ ταῦτα οὕτως εὖ προκατειληφότος τοῦ νομοθέτου, εὕρηνται λόγοι κρείττονες τῶν νόμων, οὓς εἰ μή τις ὑμῖν ἐρεῖ, λήσετε ἐξαπατηθέντες. τούτων γάρ τινες τῶν τοὺς ὑπευθύνους στεφανούντων παρὰ τοὺς νόμους, οἱ μὲν φύσει μέτριοί εἰσιν· εἰ δή τίς ἐστι μέτριος τῶν τὰ παράνομα γραφόντων· ἀλλ' οὖν προβάλλονταί γέ τι πρὸ τῆς αἰσχύνης. προσεγγράφουσι γὰρ πρὸς τὰ ψηφίσματα, στεφανοῦν τὸν ὑπεύθυνον, ἐπειδὰν λόγον καὶ εὐθύνας τῆς ἀρχῆς δῷ. καὶ ἡ μὲν πόλις τὸ ἴσον ἀδίκημα ἀδικεῖται·

---

exponit F. A. Wolfius Prolegg. in Leptin. p. CXXXV. sqq. — — De hujusmodi tamen *νομοθέταις* h. l. non cogitaverim: verum *νομοθέτης* (indefinite sic posito vocabulo) saepissime est, quicunque legem ab se rogatam perfert v. c. ap. Lysiam *κατὰ Φίλωνος* p. 165. Bekk. Oxon. *τίς γὰρ ἄν ποτε ῥήτωρ ἐνεθυμήθη, ἢ νομοθέτης ἤλπισεν ἁμαρτήσεσθαί τινα τῶν πολιτῶν τοσαύτην ἁμαρτίαν;* Orellius.

λόγοι κρείττονες] Hanc verborum collocationem recepi ex e k l. Vulgo *κρείττονες λόγοι*. Sed oppositio fit fortior substantivo praeposito, et ita perversa agendi ratio acerbius notatur. Bekkerus in utraque editione scripsit *κρείττους* ex h, in prima *κρείττους λόγοι*, in altera *λόγοι κρείττους*. Equidem in his terminationibus a Mss. standum esse arbitror.

οἱ μὲν φύσει μέτριοί εἰσιν] Fortasse scribendum *οἵ*, ut sit determinatio ad *τινὲς*: quidam, qui quidem natura sunt aequiores; verbum, ad quod referendum *τινὲς*, est *προβάλλονται*, cui *ἀλλ' οὖν* praeponitur et *γε* sequitur, ut limitans: aliquid saltem mitigationis caussa adjiciunt. Infra 26. *ἀλλ' ἐπειδὴ ταχέως διέβητε εἰς Εὔβοιαν Πλουτάρχῳ βοηθήσοντες, τοὺς μὲν πρώτους χρόνους ἀλλ' οὖν προσεποιοῦνθ' ὑμῖν εἶναι φίλοι.*

μέτριος τῶν] Sic dedi cum Bekkero. Vulgo *μέτριος ἐπὶ τῶν*. Praepositionem jam Wolfius deleverat, eaque abest etiam ab Helmst. e k l. Reiskius opinabatur, in praepositione latere *ἐπικουρῶν τινί*: quod deesse facile patimur. Non enim de eo sermo est, qui *ἐπικουρεῖ τινὶ τῶν τὰ παράνομα γραφόντων*, sed qui ipse *τὰ παράνομα γράφει*. Corruptio videtur inde nata, quod *ἐστὶ* vel ante *μέτριος* vel post scriptum erat. Plane deest in e.

προκαταλαμβάνονται γὰρ ἐπαίνοις καὶ στεφάνοις αἱ εὔθυναι· ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων ἐνδείκνυται τοῖς ἀκούουσιν, ὅτι γέγραφε μὲν παράνομα, αἰσχύνεται δὲ ἐφ' οἷς ἡμάρτηκε. Κτησιφῶν δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὑπερπηδήσας τὸν νόμον τὸν περὶ τῶν ὑπευθύνων κείμενον, καὶ τὴν πρόφασιν, ἣν ἐγὼ ἀρτίως προεῖπον ὑμῖν, ἀνελών, πρὶν λόγον, πρὶν εὐθύνας δοῦναι, γέγραφε μεταξὺ Δημοσθένην ἄρχοντα στεφανοῦν. 4. Λέξουσι δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ἕτερόν τινα λόγον ὑπεναντίον τῷ ἀρτίως εἰρημένῳ. ὡς ἄρα ὅσα τις αἱρετὸς ὢν πράττει κατὰ ψήφισμα, οὐκ ἔστι ταῦτα ἀρχή, ἀλλ' ἐπιμέλειά τις, καὶ διακονία· ἀρχὰς δὲ φήσουσιν

γέγραφε] Sic scripsi cum Bekkero ex Bern. Helmst. c k, et a pr. m. g, idque aptum est sequenti αἰσχύνεται et ἡμάρτηκε. Vulgo ἐγεγράφει.

μεταξὺ] Hic adverbialiter ponitur. Hesychius explicat μεταξὺ ἐξαίφνης, μετ' ὀλίγον, ἀνὰ μέσον. Docemur quidem a Grammaticis, μεταξὺ jungi participio, quod resolvendum sit per interea dum cum verbo finito. Nec nos negamus ita hoc fieri posse. Sed opinor suo ubique participium regimine pendere et μεταξὺ adverbium esse, quod plerumque tempus durans notionis participii contineat.

4. ἀρχὴ, ἀλλ' ἐπιμέλειά τις καὶ διακονία] Discrimen horum vocabulorum in rebus Atheniensium publicis difficile est constituere. Schömannus quidem subtilis et accuratus in libro de Comitt. Athenn. II, c. XI. egit de magistratibus, curationibus et ministeriis; sed fateor me non accepisse distinctam et verborum et rerum notionem. Ante omnia verba videamus. Est regressio a majore ad minus. Ἀρχαὶ magistratus ii potissimum vocandi sunt, quibus tributum est, ut de rebus quibusdam consulant, judicent et imperent: τὸ γὰρ ἐπιτάττειν ἀρχικώτερόν ἐστιν. — Ἐπιμέλεια pro notione vocabuli est munus, quod curam et diligentiam postulat, minus cum imperio conjunctum. Quamquam vero ἀρχὴ sine cura et diligentia bene administrari non possit, honoratur tamen imperio; ἐπιμέλεια autem quamquam omni imperio non careat, id tamen non ultra consilium rem bene curandi et administrandi extendendum. Euphemisticam quoque significationem hoc vocabulum accepit, quum, quod in socios imperium exercebant Athenienses, honesto nomine ἐπιμέλειαν nuncuparent. In διακονίᾳ labor inest et molestia, munus

ἐκείνας εἶναι, ἃς οἱ θεσμοθέται ἀποκληροῦσιν ἐν τῷ Θησείῳ, κἀκείνας, ἃς ὁ δῆμος εἴωθε χειροτονεῖν ἐν ἀρχαι-

---

igitur laboriosum et molestum: quod, qui *ἀρχὴν* sectatur, refugit, et qui *ἐπιμέλειαν* suscipit, non sine molestia recipit. Hanc equidem vocabulorum primariam et relativam significationem esse existimo. Si eorum usum in caussa nostra consideremus, Demosthenes negabat se *ὑπεύθυνον* esse, quippe qui non *ἀρχὴν*, sed *ἐπιμέλειαν* vel potius *διακονίαν* habuerit. Nempe erat a tribu Pandionide in ejus ipsius rem *τειχοποιὸς* electus. Hoc igitur munus privatum, non publicum imperium esse affirmabat Demosthenes. Br. — Idem fere discrimen obtinet apud Latinos inter h o n o r e m (*ἀρχὴν*) m u n u s (*ἐπιμέλειαν*) et c u r a m (*διακονίαν*). — Nihil frequentius in inscriptionibus operum publicorum vel etiam privatorum aliis demandatorum, quam CVRAM AGENTE TITIO. O r e l l i u s.

οἱ θεσμοθέται] Sic vocabantur sex Archontes exceptis tribus primis, Eponymo, Rege, Polemarcho. *Ἀποκληροῦν* verbum est proprium, s o r t i e n d o a r e l i q u i s d i s c e r n e r e. Sorte scilicet ducebantur initio cujusvis anni et in totum annum ex omni civium numero, exclusis, qui aut nondum triginta annos nati erant, aut infamia notati fuerant, sex millia (*ἐλάχησαν*). Judicibus ita in universum constitutis, Thesmothetae, ad quos caussae erant deferendae, ut eas cognoscerent, antequam judicio tradebantur, ex isto sex millium numero, sorte ducta, eximebant quingenos, aut, si gravior esset caussa, etiam plures, qui, quum caussa a Thesmothetis in antecessum cognita ageretur, judices sederent. Hanc sortem quum ducerent Thesmothetae, dicebantur *ἀποκληροῦν*. Sortitio ista fiebat, ut ex nostro loco patet, *ἐν τῷ Θησείῳ*, quod erat fanum Theseo sacratum. Cf. Matthiae Miscell. Philoll. Vol. I. p. 253 sqq. Br. — De iudicum sortitione h. l. sermonem esse, vix puto, sed potius de *κληρωταῖς ἀρχαῖς*, cujusmodi quaedam memorantur adv. Tim. §. 44. 45. *λογιστὴς γενόμενος – ἦρξε δ' ἐν Ἄνδρῳ – βουλευτής.* Judex enim *ἀρχὴν* non fungitur, sed ii tantummodo *οἳ λαμβάνουσιν ἡγεμονίας δικαστηρίων*, ut statim lege ab oratore laudata definitur. O r e l l i u s.

ἐν ἀρχαιρεσίαις] Sic appellabantur comitia, quae habebantur magistratuum a populo creandorum caussa. Haec in Pnyce habita esse testatur Pollux VIII, 131, etiam tum temporis, ut videtur, quum de reliquis omnibus rebus populus in Bacchi theatro congregari soleret. Cf. Schömann l. l. p. 322. ss. Moeris p. 10. *ἀρχαιρεσίαι θηλυκῶς Ἀττικῶς, ἀρχαιρέσια οὐδετέρως Ἑλληνικῶς.*

ρεσίαις, στρατηγοὺς, καὶ ἱππάρχους, καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀρχὰς, τὰ δ' ἄλλα πάντα πραγματείας προςτεταγμένας κατὰ ψήφισμα. ἐγὼ δὲ πρὸς τοὺς λόγους τοὺς τούτων νόμον ὑμέτερον παρέξομαι, ὃν ὑμεῖς ἐνομοθετήσατε, λύσειν ἡγούμενοι τὰς τοιαύτας προφάσεις. ἐν ᾧ διαῤῥήδην γέγραπται, „τὰς χειροτονητὰς φησὶν ἀρχὰς," ἁπάσας ἑνὶ περιλαβὼν ὀνόματι ὁ νομοθέτης, καὶ προςειπὼν ἀρχὰς ἁπάσας εἶναι, ἃς ὁ δῆμος χειροτονεῖ, καὶ „τοὺς ἐπιστάτας φησὶ τῶν δημοσίων ἔργων·" ἔστι δὲ ὁ Δημοσθένης τειχοποιὸς ἐπιστάτης τοῦ μεγίστου τῶν ἔργων· καὶ „πάντας, ὅσοι διαχειρίζουσί τι τῶν τῆς πόλεως πλέον ἢ τριάκονθ' ἡμέρας, καὶ ὅσοι λαμβάνουσιν ἡγεμονίας δικαστηρίων·"

καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀρχὰς] Magistratus, qui in eundem veniunt censum. Non erat, cur vel Marklandus μετὰ ταῦτα, vel Taylor κατὰ ταῦτα conjiceret.

πραγματείας] Ratione ἀρχῶν videtur significare opera molesta, quae non legibus, sed peculiaribus decretis mandantur.

τειχοποιὸς] Hoc ψήφισμα de muris reficiendis videtur Schömanno l. l. p. 1 9. n. latum esse Ol. CX, 1. quum bellum Philippi immineret. Insequente autem anno, quum omnes reipublicae pecuniae bello jam non dubio necessariae viderentur, hoc quoque murorum reficiendorum opus dilatum esse videtur, et, qui eius curatores creati erant, dilato et imperfecto opere neque abierunt munere, neque rationes reddiderunt, ideoque evenit, ut Demosthenes Ol. CX, 3. mense Pyanepsione (Novembri), quo tempore lata est Ctesiphontis lex de eo coronando, τειχοποιὸς esset. Haec quidem est Schömanni sententia. Mihi vero Ctesiphontis ψήφισμα Ol. CX, 2. videtur esse latum, ut demonstrasse existimo Corsinium Fast. Att. T. I. Dissert. VIII. — Ceterum ὢν Reiskius ante ἐπιστάτης addendum censuit, et addidit Bekkerus, nulla notata varietate, in priore editione, in altera omisit.

ἡγεμονίας δικαστηρίων] Principatus judiciorum. Caussae plurimae ad unum de magistratibus ante omnia deferendae erant, qui eas examinaret, interrogandis de criminis, argumentorum, testium ratione ac natura litigantibus, et judicium committeret ac constitueret, judicioque ipse praeesset, ἡγεμὼν δικαστηρίου. Quamquam vero non Archontibus solis hoc jus competeret, (vide Mat-

οἱ δὲ τῶν ἔργων ἐπιστάται πάντες ἡγεμονίᾳ χρῶνται δικαστηρίου· τί τούτους κελεύει ποιεῖν; οὐ διακονεῖν, ἀλλ' ἄρχειν δοκιμασθέντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ· ἐπειδὴ καὶ αἱ κληρωταὶ ἀρχαὶ οὐκ ἀδοκίμαστοι, ἀλλὰ δοκιμασθεῖσαι ἄρχουσι· καὶ λόγον καὶ εὐθύνας ἐγγράφειν πρὸς τὸν γραμματέα, καὶ τοὺς λογιστὰς, καθάπερ καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς, κελεύει. ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, τοὺς νόμους αὐτοὺς ὑμῖν ἀναγνώσεται. „Νόμοι." Ὅταν τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἃς ὁ νομοθέτης ἀρχὰς ὀνομάζει, οὗτοι προςαγορεύωσι πραγματείας, καὶ ἐπιμελείας, ὑμέτερον ἔργον ἐστὶν ἀπομνημονεύειν καὶ ἀντιτάττειν τὸν νόμον πρὸς τὴν τούτων ἀναίδειαν, καὶ ὑποβάλλειν αὐτοῖς, ὅτι οὐ προςδέχεσθε κακοῦργον σοφιστὴν, οἰόμενον ῥήμασι τοὺς νόμους ἀναιρήσειν, ἀλλ' ὅσῳ ἄν τις ἄμεινον λέγῃ παράνομα γεγραφὼς, τοσούτῳ

---

thiae Misc. Phill. T. I. p. 212) rhetoricae tamen hyperboles est, τειχοποιῷ ἡγεμονίαν δικαστηρίου adscribere. Br. — In ratione tamen reddenda a redemtoribus operum publicorum, veluti h. l. murorum reficiendorum, ὁ τειχοποιὸς quidni poterat esse ἡγεμὼν τοῦ δικαστηρίου, quod opera illa probaret, ut loquebantur Latini? — Orellius.

οὐ διακονεῖν ἀλλ' ἄρχειν] Urget Aeschines vocabulum legis, quae non de munere τειχοποιοῦ, sed de ἀρχαῖς proprio nomine sic dictis data erat. Hinc addit, quod ipsum ἄρχειν spectat, δοκιμασθέντας ἐν τῷ δικαστηρίῳ.

καὶ λόγον καὶ εὐθύνας ἐγγράφειν] Reiskius offendit in ἐγγράφειν, quod λόγος quidem ἐνεγράφετο, sed εὐθύνη ἐδίδοτο. Verum ne curiosi simus in ejusmodi rebus. Antiqui, brevitatis amantes, per Zeugma saepe duo nomina uni verbo junxerunt, quamquam proprie utrumque suum flagitabat. Quod est potissimum, λόγος καὶ εὐθύνη erat ejus, qui ἀρχὴν gesserat, officium; πρὸς τὸν γραμματέα, opinor βουλῆς seu δήμου.

ἀναγνώσεται] Sc. ὁ γραμματεὺς, „qui oratoribus semper praesto erat in foro judiciisque, ut illorum jussu publicas tabulas et instrumenta caussarum quaevis recitaret. Inde perpetua haec ellipsis." F. A. Wolfius ad Leptin. p. 244.

μείζονος ὀργῆς τεύξεται. χρὴ γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, τὸ αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα, καὶ τὸν νόμον· ὅταν δὲ ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφίῃ ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ, τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον, οὐ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ. 5. Πρὸς δὲ δὴ τὸν ἄφυκτον λόγον, ὅν φησι Δημοσθένης, βραχέα βούλομαι προειπεῖν. λέξει γὰρ οὗτος· τειχοποιός εἰμι. ὁμολογῶ. ἀλλ' ἐπιδέδωκα τῇ πόλει μνᾶς ἑκατόν, καὶ τὸ ἔργον μεῖζον ἐξείργασμαι. τίνος οὖν εἰμι ὑπεύθυνος, εἰ μή τίς ἐστιν εὐνοίας εὐθύνη; πρὸς δὴ ταύτην τὴν πρόφασιν ἀκούσατέ μου λέγοντος καὶ δίκαια, καὶ ὑμῖν συμφέροντα. ἐν γὰρ ταύτῃ τῇ πόλει οὕτως ἀρχαίᾳ οὔσῃ καὶ τηλικαύτῃ τὸ μέγεθος, οὐδείς ἐστιν ἀνυπεύθυνος

τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ διδόναι τὴν ψῆφον] In favorem legis suffragium ferre. Dativus additus locutioni ψῆφον διδόναι, quando significat suffragium ferre, eum designat, in cujus favorem fertur. Vide Buttmannum in ind. orationis Demosth. in Mid. s. v. ψῆφος.

5. φησὶ] Praesens me non offendit, etsi futurum sequatur: λέξει γὰρ οὗτος. Ibi enim verba ipsa recitat, quibus Demosthenem in oratione usurum esse opinatur. Nostro autem loco ea respiciuntur, quae hoc ipso tempore Demosthenes in circulis privatis jactaverit.

μνᾶς ἑκατὸν] Error hic videtur inesse, an consulto commissus, an furtim subrepens, non decernam. Veritas est in ipso psephismate, quod tulit Ctesiphon, et quod servavit Demosthenes περὶ στεφ., ubi p. 266. haec legimus: Δημοσθένης — — γενόμενος ἐπιμελητὴς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς, καὶ προσαναλώσας εἰς τὰ ἔργα ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας τρία τάλαντα, ἐπέδωκε ταῦτα τῷ δήμῳ· καὶ ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ κατασταθεὶς ἐπέδωκε τοῖς ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν θεωροῖς ἑκατὸν μνᾶς εἰς θυσίας. Errorem notavit etiam Boeckhius Staatsh. I. p. 219.

ἐξείργασμαι] Primus dedit Reiske ex Reg. 1., quocum faciunt a b, ex parte etiam h, qui habet ἐξείργασται (μαι supra scriptum). Ceteri habent ἐξείργασται: quod potius librariis videtur deberi, quam alterum. Attici enim, quamquam non omnino refugiunt, praeteritum passivum verbi ἐργάζεσθαι et compositorum significatione passiva adhibere, tamen multo saepius id significatione activa usurpant, eaque significatio in varietate lectionis videtur praeferenda.

τῶν καὶ ὁπωσοῦν πρὸς τὰ κοινὰ προσεληλυθότων. διδάξω δ' ὑμᾶς πρῶτον ἐπὶ τῶν παραδόξων. οἷον, τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος, καὶ συλλήβδην ἅπαντας, καὶ χωρὶς ἑκάστους κατὰ σῶμα τοὺς τὰ γέρα μόνον λαμβάνοντας, καὶ τὰς εὐχὰς ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐχομένους· καὶ οὐ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὰ γένη, Εὐμολπίδας καὶ Κήρυκας, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. πάλιν τοὺς τριηράρχους ὑπευθύνους εἶναι

τοὺς ἱερεῖς] Bekkerus in priore editione dedit τοὺς ἱερέας, nulla notata varietate, obsecutus forsitan praecepto Atticistarum, qui negant Atticos accusativum pluralem nominum in εὺς contraxisse, nisi praecesserit vocalis, et tum iu ᾶς. In altera edit. recte vulgatam, ab omnibus, ni fallor, codd. firmatam lectionem revocavit. Plura enim apud praestantissimos Atticos loca omnium Mss. auctoritate defenduntur contra Atticistarum praeceptum, quam ut omnia mutare ausim. In varietate lectionis optimos codd. sequor.

γέρα] Scholiastes ad Thuc. I, 25. γέρα explicat τιμὰς καὶ προεδρίας. „Cives debuerunt victimas et alias res, fortasse pecuniam quoque, erogare in templa, sacrificia et alia ejusdem generis; ac de his ipsis vel parte eorum acceperim τὰ γέρα Aeschini memorata in loco insigni orationis in Ctesiphontem.“ F. A. Wolfius Prolegg. in Leptin. p. LXXI. n.

Εὐμολπίδας καὶ Κήρυκας] Familiae duae sacerdotum in sacris Eleusiniis, quarum illa ab Eumolpo, haec a Ceryce genus duxit. Eumolpi nomen modo tributum complurihus, modo complurum hominum res et facta cumulata in unum. In primis nomen illud illustravit institutio mysteriorum Eleusiniorum: ad quem tamen inter plures Eumolpos illa referenda esset, incerta fama ferebatur.“ Cf. Heyne ad Apollodor. III, 15. 4. Mortuo Eumolpo Κῆρυξ supererat frater, ut dicitur, natu minor, quem tamen ipsius Κηρύκων progenies filium dicit Aglauri et Mercurii. Hunc tradunt primum musicam ab Apolline didicisse. Pausanias L. I, 38.

τοὺς τριηράρχους] Bekkerus scripsit in priore editione τοὺς τριηράρχας, et primae declinationis terminationem ubique restituit; in altera Mss. lectionem revocavit. Vere videtur Boeckhius Staatsh. II. p. 133. monere, τριήραρχος antiquiorem esse formam. In oratoribus certe ubique hanc formam praebent Mss. vel omnes vel optimi.

κελεύει ὁ νόμος, οὐ τὰ κοινὰ διαχειρίσαντας, οὐδ' ἀπὸ τῶν ὑμετέρων προσόδων πολλὰ μὲν ὑφαιρουμένους, βραχέα δὲ κατατιθέντας, ἐπιδιδόναι δὲ φάσκοντας, ἀποδιδόντας δὲ ὑμῖν τὰ ὑμέτερα, ἀλλ' ὁμολογουμένως τὰς πατρῴας οὐσίας εἰς τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀνηλωκότας φιλοτιμίαν. οὐ τοίνυν μόνοι οἱ τριήραρχοι, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἐν τῇ πόλει συνεδρίων ὑπὸ τὴν τῶν δικαστηρίων ἔρχεται ψῆφον. 6. πρῶτον μὲν γὰρ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐγγράφειν πρὸς τοὺς λογιστὰς ὁ νόμος κελεύει λόγον καὶ εὐθύνας διδόναι καὶ τὴν ἐκεῖ σκυθρωπὸν καὶ τῶν μεγίστων κυρίαν ἄγει ὑπὸ τὴν ὑμετέραν ψῆφον. οὐκ ἄρα στεφανω-

---

ἐπιδιδόναι] Hoc verbum est proprium de iis, qui plus minusve suorum in reipublicae commodum ultro impendunt, quum viri patriae amantes publicis angustiis sponte succurrunt. Substantivum hinc derivatum ἐπίδοσις de una inprimis parte dicitur, quum, tempore belli, cives voluntariis collationibus, pro suis quisque facultatibus, reipublicae subveniunt. Vide Schömann de Comitt. Athenn. p. 292. Ceterum ἐπιδιδόναι et ἀποδιδόντας consulto videntur ob paronomasiam opposita.

δικαστηρίων] Bekkerus in priore editione dedit ex e f (k l) δικαστῶν, in posteriore recte vulgatam revocavit. Saepius jam monuimus, Aeschinem amare abstracta ponere pro concretis. Cf. v. c. Tim. 75.

6. καὶ τὴν ἐκεῖ σκυθρωπὸν καὶ τῶν μεγίστων κυρίαν ἄγει] Sic Reiskius dedit de conjectura, atque Bekkerus secutus est, nec ego ausus sum quicquam novare. Ante omnia monendum, cuncta haec vocabula in permultis libris deesse. Sed non speciem habent additamenti, nec apta satis sunt, quae sequuntur, ὑπὸ τὴν ὑμετέραν ψῆφον, antecedentibus. Qui vero codices vocabula praebent, legunt τῶν ἐκεῖ σκυθρωπῶν — κυρίων ἄγει. Sed epitheton σκυθρωπὸς aptum est consilio Areopagitarum, non rebus, quae ab eo tractantur. Σκυθρωπὸς plerumque quidem in vitio ponitur, et notat hominem non solum tristem et tetricum vultum habentem, sed fingentem vel augentem. Hic autem *gravitatem* nonnisi et *severitatem* indicat.

θήσεται ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου; οὐδὲ γὰρ πάτριόν ἐστιν αὐτοῖς. οὐκ ἄρα φιλοτιμοῦνται; πάνυ γε. ἀλλ' οὐκ ἀγαπῶσιν, ἐάν τις παρ' αὐτοῖς μὴ ἀδικῇ, ἀλλ' ἐάν τις ἐξαμαρτάνῃ, κολάζουσιν· οἱ δὲ ὑμέτεροι ῥήτορες τρυφῶσι. πάλιν τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους ὑπεύθυνον πεποίηκεν ὁ νομοθέτης, καὶ οὕτως ἰσχυρῶς ἀπιστεῖ τοῖς ὑπευθύνοις,

---

ἀπειλημμένος ἐν Κιλικίᾳ] Videtur intelligere pugnam ad Issum, Ciliciae urbem. Ibi ingentem Darius exercitum et acerrimum equitatum congregaverat, et anceps aliquamdiu erat proelium. Magna utrarumque partium strages acciderat; ipse etiam Alexander, cum suis Darium ipsum ejusque satellites petens, in femine sauciabatur. Tandem Persae, quum regem ipsum trepidantem videbant, fugam capessunt. Sed quum fuga per angustias locorum fieret, mutuo semet ipsi concursu proculcant et interficiunt. De hac pugna Alexander apud Lucianum Diall. mort. XII, 5. *τὸ ἀπὸ τούτων, Μίνως, ἴστε ὅσους ὑμῖν νεκροὺς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας κατέπεμψα. φησὶ γοῦν ὁ πορθμεὺς μὴ διαρκέσαι αὐτῷ τότε τὸ σκάφος, ἀλλὰ σχεδίας διαπηξαμένους τοὺς πολλοὺς αὐτῶν διαπλεῦσαι.* Pugnam describit Diodorus Sic. XVII, 33. s.

ἐξηρτημένος ἐκ τῶν δακτύλων] Epistolas cum gravitate ubique ostentans, quasi a locupletibus testibus, rerum conditionis optime generis et certum eventum indicantibus profectas. Br. — Ceterum in verbo *ἐξηρτημένος* cogita de vinculis, quibus Graeci colligare solebant epistolas (Corn. Nep. Paus. 4) Haec igitur digitis circum volvebat Demosthenes. Orellius.

περιῄεις] Lobeck. ad Phryn. p. 237. hanc formam dubiam esse existimat. Sed quum eam Mss. omnes teneant, quumque eadem pluribus locis ab omnibus codd. firmetur, cum Bekkero eam retinui, quum praesertim similes formae, in quibus Atticos *θα* apposuisse

ὡς ἐκπεπληγμένου καὶ ἀθυμοῦντος, καὶ χρυσόκερων ἀποκαλῶν, καὶ κατεστέφθαι φάσκων, εἴ τι πταῖσμα συμβήσεται Ἀλεξάνδρῳ, οὐδ' ἐνταῦθα ἔπραξας οὐδὲν, ἀλλ' εἴς τινα καιρὸν ἀνεβάλλου καλλίω. ὑπερβὰς τοίνυν ἅπαντα ταῦτα, ὑπὲρ τῶν νυνὶ καθεστηκότων λέξω. 52. Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ τὸ ξενικὸν ἐπέτυχον μάχῃ, καὶ διέφθειραν τοὺς περὶ Κόρραγον στρατιώτας· Ἠλεῖοι δ' αὐτοῖς συμ-

---

affirmant Grammatici, apud oratores inveniantur sine lectionis varietate, ut ᾔδεις Isaeus p. 42. εἰ ᾔδεις ἐξ αὐτῆς. ib. ἢ οὐκ ᾔδεις ἐν τῇ ἐπιδικασίᾳ. Antiphon p. 712. εὖ γὰρ ᾔδεις.

χρυσόκερων – – κατεστέφθαι] Per hacc vocabula significatur victima immolationi consecrata, quippe cujus cornibus aurum inducebatur, et capiti corona imponebatur. Vide interpretes, inprimis Grotium, ad Acta Apost. XIV, 13. Huc pertinet oraculum, quod dedit Pythia consulenti de expeditione in regem Persarum Philippo, servatum a Diodor. Sic. XVI, 91., et Pausania VIII, 7, 4.

ἔστεπται μὲν ὁ ταῦρος, ἔχει τέλος, ἔστιν ὁ θύσων.

τοῦτο μὲν δὴ οὐ μετὰ πολὺ ἐδήλωσεν οὐκ ἐς τὸν Μῆδον, ἀλλὰ ἐς αὐτὸν ἔχον Φίλιππον. — Ceterum adjectiva in quibus κέρας est ultima pars compositionis, terminationem apud Atticos habent, ως, ως, ων vel ω.

52. Λακεδαιμόνιοι] De hac re locuti sumus supra c. 42. in nota ad vocabulum ὁμηρεύοντες. Per τὸ ξενικὸν, quo nomine non solent sociorum copiae auxiliares significari, hic forsitan intelliguntur copiae, quae post pugnam ad Issum amissam ex Persarum exercitu, ipso instigante Dario, in Peloponnesum trajecerant, seditionem hujus regionis adjuturae. Primum Λακεδαιμόνιοι ἐπέτυχον μάχῃ, prospere res iis cessit (ἐπιτυγχάνειν significatione bona interdum appropinquat ad notionem verbi εὐτυχεῖν v. c. Thucyd. 3, 32.) et pessum dederunt milites, quorum dux erat Κόρραγος. Dubitant interpretes, utrum Κόρραγος sit nomen ducis, an castelli, nec antiquitas unum alterumve decernit. Mihi videtur ducis nomen esse, quum addita sit praepositio περί. Nam στρατιῶται περί τινα sunt copiae sub alicujus imperio militantes. Corragus autem is fuisse videtur, qui primum Antipatri agmen ducebat.

Ἠλεῖοι] Occidentalem Peloponnesi regionem incolebant fructuosam, populus parum bellicosus, qui calliditate suam plerumque salutem et utilitatem quaerebat.

μετεβάλοντο καὶ Ἀχαιοὶ πάντες, πλὴν Πελληναίων, καὶ Ἀρκαδία πᾶσα, πλὴν Μεγάλης πόλεως, αὕτη δὲ ἐπολιορκεῖτο, καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐπίδοξος ἦν ἁλῶναι· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἔξω τῆς ἄρκτου καὶ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν πάσης μεθειστήκει· ὁ δὲ Ἀντίπατρος πολὺν χρόνον συνῆγε στρατόπεδον, τὸ δ᾽ ἐσόμενον ἄδηλον ἦν. ἐνταῦθ᾽ ἡμῖν ἀπόδειξιν ποίησαι, ὦ Δημόσθενες, τί ποτ᾽ ἦν ἃ ἔπραξας, καὶ τί ποτ᾽ ἦν ἃ ἔλεγες, καὶ, εἰ βούλει, παραχωρῶ σοι τοῦ βήματος, ἕως ἂν εἴπῃς. ἐπειδὴ δὲ σιγᾷς, ὅτι μὲν ἀπορεῖς, συγγνώμην ἔχω σοι· ἃ δὲ τότ᾽ ἔλεγες, ἐγὼ νυνὶ λέξω. οὐ μέμνησθε αὐτοῦ τὰ μιαρὰ καὶ ἀπίθανα

Ἀχαιοὶ πάντες] Vide supra c. 29. — *Πελλήνη* est duodecim Achajae urbium ea, quae maxime versus Orientem sita erat, in saxo praerupto, incolarum paucitate laborans. Stephanus quidem Byz. s. v. *Πελλήνη*, *ἡ μὲν Πελλήνη*, inquit, *δύο μόνα ἐθνικὰ ἔχει, τὸ εἰς ευς καὶ τὸ διὰ τοῦ ιος;* et notandum, in h esse *Πελληνέων*. Utraque forma a librariis etiam confusa apud Diodorum Sic. XV, 68., ubi Wesselingius *Πελληνέων* praefert, atque etiam Pausanias eos ubique appellat *Πελληνέας* praeter II, 12, 2., ubi est *Πελληναίων*.

τῆς Μεγάλης πόλεως] Pausanias L. IX, 14, 2. *Ἐπαμινώνδας τὰ πολίσματα τῶν Ἀρκάδων, ὁπόσα εἶχεν ἀσθενῶς, καταλῦσαι πείσας πάσας τοὺς Ἀρκάδας, πατρίδα ἐν κοινῷ σφισιν ᾤκισεν, ἣ Μεγάλη καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι καλεῖται πόλις.* Hoc evenit post pugnam Leuctricam in molestiam et aegritudinem Lacedaemoniorum, Ol. CII, 2., et exstructio erat perfecta Ol. CIII, 1. Quadraginta *κῶμαι* eo congregatae fuerunt, teste Diodoro XV, 75. *Μεγάλη πόλις* Atticis vocatur, seriori tempore nomen *Μεγαλόπολις* usurpari coepit, ut hanc urbem nominant Romani.

ἐπίδοξος ἦν ἁλῶναι] Constructionem aoristi post *ἐπίδοξος* vindicavi ad Tim. 13.

τί ποτ᾽ ἦν, ἃ ἔπραξας] Marklandus conjecit ὃ, quo non opus. Nam post *τί* plerumque ponitur pluralis relativi, quamquam in eo saepe offenderunt viri docti et librarii, et vel *τίνα* reposuerunt vel ὅ. Vide Heindorf. ad Plat. Gorgiam §. 136.

ῥήματα, ἃ πῶς ποθ' ὑμεῖς, ὦ σιδήρεοι, ἐκαρτερεῖτε ἀκροώμενοι; ὅτ' ἔφη παρελθών· ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν, ἀνατετμήκασί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου, ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων, φορμορραφούμεθα ἐπὶ τὰ στενά, τινὲς πρῶτον ὥσπερ

ὦ σιδήρεοι] Phrynichus p. 207. χρύσεα, ἀργύρεα, χάλκεα, κυάνεα, ταῦτα Ἰακά. Χρὴ οὖν λέγειν χρυσᾶ, ἀργυρᾶ, χαλκᾶ, κυανᾶ τὸν Ἀττικίζοντα. Noster quidem ubique habet χρυσοῦς et χαλκοῦς contracta. Σιδήρεος nonnisi hoc loco legitur; et quum Mss. constanter formam solutam teneant, eam mutare non ausim. Quamquam etiam in scriptoribus aliis vulgo obtinuit soluta, bonorum vero codicum auctoritate nunc contracta restituta est, ut apud Xenophontem Cyrop. VI, 1, 30. Atque etiam Lobeck ad Phryn. ut Bekkerus in Aeschinis editionibus vulgatam lectionem toleravit. Ceterum σιδήρεος, ut Latinorum ferreus, hominem significat durum, qui nulla re afficitur, cuncta tolerat.

ἀμπελουργοῦσι] Tropus, cujus nullum in Demosthenis scriptis vestigium, a cultura vitium desumtus. Et ἀμπελουργεῖν totum quidem vinitoris opus complectitur, cujus tamen praecipua laus versatur in sollertia vitium putandarum, ἐν τῷ ἀνατέμνειν τὰ κλήματα. Qui vero inscite opus hoc perficiunt, incrementum impediunt vitium, aut eas prorsus destruunt. Sic tropice haec verba intelligenda: „Sunt, qui barbarorum vinitorum instar civitatem putandam susceperunt, et ut illi bonos vitium palmites dissecant, sic hi fortes cives et patriae amantes exterminant et dejiciunt."

ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων] Pollux L. II, 234. Νεῦρα δέ ἐστι σύνδεσμος ὀστῶν, εἴκων τε καὶ τεινόμενος, ἀφ' ὧν καὶ νευραὶ κέκληνται. ἐπιμένουσι δὲ μάλιστα τὰς κώλων συγκάμψεις τε καὶ ἐκτάσεις καὶ τὰς τῶν ἄρθρων συγκαμπάς. ὅθεν καὶ τὸ ἰσχύειν νεῦρα ἔχειν λέγουσι καὶ τὰ χρήματα τῶν πραγμάτων νεῦρα Δημοσθένης φησίν, ὡς ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους. Olynth. III. p. 27. R. Cf interpretes ad Gregor. Corinth. p. 53. Fortasse nostrum locum respexit Cicero de lege Agrar. c. Rull. 33, 91. fin. nervis urbis omnibus exsectis urbem ipsam solutam et debilem relinquunt.

φορμορραφούμεθα ἐπὶ τὰ στενά, τινὲς πρῶτον ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσι] Hunc locum depravatissimum esse clamant viri docti. Difficilem esse ejus interpretationem verum est, nec mirum, quum locutiones hae tanquam portenta loquendi afferantur. Φορμός ἐστι

τὰς βελόνας διείρουσι. ταῦτα δὲ τί ἐστιν, ὦ κίναδος;

πλέγματός τινος μεγάλου εἶδος, ἐν ᾧ ἐκοιμῶντο οἱ πένητες ἢ κατετίθεντο τὰ ὄσπρια. Bekkeri Anecd. p. 315. Φορμοῤῥαφεῖν igitur est stoream consuere. Quomodo passivum φορμοῤῥαφεῖσθαι accipiendum sit, videtur innui addito ἐπὶ τὰ σιτία. — ἐπὶ τὰ σιτία ἐμπίπτειν, ὥσπερ ἂν εἴ τις εἰς φορμὸν ἐγκλείοιτο; tantis angustiis premi, ut si quis in stoream sit inclusus. Πρῶτον prius quam includunt — ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσί τινες quidam quasi acus trajiciunt. Sensus est: non solum angustia loci premimur, verum etiam quasi acubus pungimur. Digna tamen, quae legatur Wunderlichii annotatio. „Primum in tanto dissensu virorum doctorum in explanandis vel emendandis his verbis magnopere cunctabar, num quid mutarem, si libri non consentirent. Sed loci, manifesto depravati, verba sensu carentia πρῶτον ὥσπερ τὰς βελόνας ne lectori taedium afferrent, lectionem libri Bern. πρωκτὸν ὥσπερ ταῖς βελόναις, articulo de conjectura addito, recipere non dubitavi, e vestigiis tamen scripturae Ms. Helmst. πρῶτον τὸν ὥσπερ aliquid ante ὥσπερ excidisse conjicimus. Nobis in mentem venit legendum esse, τινὲς πρωκτὸν τὸν Ἀθηναίων ὥσπερ ταῖς βελόναις διείρουσι. Emendationem vero probare non potui, quam vir acuti ingenii Toup Emendat. in Suid. t. 2. p. 356. ut verissimam proponere sibi visus est, τινὲς τῶν γλωττῶν ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσι, quibus indicat rhetor, ut Toupii verbis rem explicem, omnia sibi impedita esse et in angustias coacta, poplices succisos, manus constrictas, linguae denique usum et potestatem praereptam. Ut enim alia, quae me male habent, praetermittam, Demosthenes ita disserendo non de se, sed de populo A. viribus ad bella gerenda necessariis exhausto, quem tamen nonnulli ad arma stimulent, agere putandus est. Qui vero linguae usus in bellis tolerandis? Nec id agendum esse censeo, ut ἀηδία illa, quam et verba reliqua Demostheni tributa arguunt, et supra §. 61. acerbe vituperaverat Aeschines, conjectando molliatur vel tollatur. Wunderlich.

ὦ κίναδος] Κίναιδος et κίναδος, quae frequenter in Mss. confunduntur, et genere et significatione sunt diversa. Κίναιδος, ὁ, ἀρσενικῶς ὁ πόρνος· κίναδος τὸ οὐδετέρως θηρίον τι, οὗ τὸ δέρμα εἰς περικεφαλαίας κατασκευὴν ἐπεποίητο. Σικελιῶται δὲ τὸ κίναδος ἀλώπεκα ἐκάλουν. Unus locus, ex quo affertur κίναδος genere masculino. Theocr. V, 25.

καὶ πῶς, ὦ κίναδ', εὖ τάδε γ' ἔσσεται ἐξ ἴσου ἄμμιν; videtur corruptus et scribendum uno vocabulo κιναδεῦ, tanquam vocabulum

ῥήματα ἢ θαύματα; καὶ πάλιν, ὅτε κύκλῳ περιδινῶν σεαυτὸν ἐπὶ τοῦ βήματος, ἔλεγες ὡς ἀντιπράττων Ἀλεξάνδρῳ· ὁμολογῶ τὰ Λακωνικὰ συστήσασθαι, ὁμολογῶ Θετταλοὺς καὶ Περραιβοὺς ἀφιστάναι· σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσαις; σὺ γὰρ ἂν προσέλθοις μὴ ὅτι πρὸς πόλιν, ἀλλὰ πρὸς οἰκίαν, ὅπου κίνδυνος πρόσεστιν; ἀλλ' εἰ μέν που χρήματα ἀναλίσκεται, προσκαθιζήσει, πρᾶξιν δὲ ἀνδρὸς οὐ πράξεις· ἐὰν δ' αὐτόματόν

Doricum. Graecis est convicium usitatum: improbe, vafer. Referre huc licebit, quae Demosthenes ipse περὶ στεφ. p. 307. s. dicit ὁ τὸν ῥήτορα βουλόμενος δικαίως ἐξετάζειν καὶ μὴ συκοφαντεῖν, οὐχ ἃ, οἷα σὺ νῦν ἔλεγες, τοιαῦτα κατηγόρει, παραδείγματα πλάττων, καὶ ῥήματα καὶ σχήματα μιμούμενος.

ῥήματα ἢ θαύματα] Hunc locum respiciens Cicero Orat. 8, 26. In hoc ipso (Demosthene) inquit, diligenter examinante verborum omnium pondera, reprehendit Aeschines quaedam et exagitat illudensque dira, odiosa, intolerabilia esse dicit. Quin etiam quaerit ab ipso, quum quidem eum belluam appellet, utrum illa verba an portenta sint, ut Aeschini ne Demosthenes quidem videatur Attice dicere.

Περραιβοὺς] Cf. notam ad παραπρ. 32.

μὴ ὅτι] Cf. ad Tim. 49.

προσκαθιζήσει] Sic dedit Bekkerus ex Lobeckii conjectura ad Phryn. p. 269., quo ducit k, qui habet προσκαθίζεις εἰς et e h l, qui habent προσκαθίζειν εἰς. Vulgo προσκαθεσθήσῃ. de quo Phrynichus, ἐκαθέσθη, καθεσθεὶς, καθεσθήσομαι καὶ τὰ πληθυντικὰ καθεσθήσονται ἔκφυλα. Λέγε οὖν καθέζομαι καθεδοῦμαι, καθεδεῖται, καθεδοῦνται, καθεδούμενος — Ceterum tropus, qui est in καθίζεσθαι, sumtus a palaestra et athletarum certamine, quum duobus certantibus assidebat tertius, ἔφεδρος, qui certamine duorum finito, cum victore congrediebatur, cujus vires priori certamine erant defatigatae. Possis igitur vertere insidiari.

ἐὰν δ' αὐτόματόν τι συμβῇ] Συμβαίνει vocabulum est medium et nexu aut addita determinatione in bonam vel malam partem definitur. Ἄν τι συμβαίνῃ absolute positum est euphemismus, similis Latino si quid acciderit. Hoc loco αὐτόματον indicat, sensu bono accipiendum: si quid casu, forte fortuna contigerit.

τι συμβῇ, προσποιήσῃ, καὶ σαυτὸν ἐπὶ τὸ γεγενημένον ἐπιγράψεις; ἂν δ᾽ ἔλθῃ φόβος τις, ἀποδράσῃ· ἐὰν δὲ θαῤῥήσωμεν, δωρεὰς αἰτήσεις, καὶ χρυσοῖς στεφάνοις στεφανοῦσθαι; 53. Ναί· ἀλλὰ δημοτικός ἐστιν. ἐὰν μὲν τοίνυν πρὸς τὴν εὐφημίαν αὐτοῦ τῶν λόγων ἀποβλέπητε, ἐξαπατηθήσεσθε, ὥςπερ καὶ πρότερον· ἐὰν δ᾽ εἰς τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν, οὐκ ἐξαπατηθήσεσθε. ἐκείνως δὲ ἀπολάβετε παρ᾽ αὐτοῦ τὸν λόγον. ἐγὼ μὲν μεθ᾽ ὑμῶν λογιοῦμαι, ἃ δεῖ ὑπάρξαι ἐν τῇ φύσει τῷ δημοτικῷ ἀνδρὶ καὶ σώφρονι, καὶ πάλιν ἀντιθήσω, ποῖόν τινα εἰκός ἐστιν εἶναι τὸν ὀλιγαρχικὸν ἄνθρωπον καὶ φαῦλον. ὑμεῖς δ᾽ ἀντιθέντες ἑκάτερα τούτων, θεωρήσατ᾽ αὐτὸν, μὴ ὁποτέρου τοῦ λόγου, ἀλλ᾽ ὁποτέρου τοῦ βίου ἐστίν. οἶμαι

προσποιήσῃ] *Προςποιεῖσθαι* est in genere sibi acquirere, quod non oportet, sibi arrogare. Xenophon Anab. II. 1, 7. *καὶ γὰρ προςεποιεῖτο ἐπιστήμων εἶναι τῶν περὶ τὰς τάξεις τε καὶ ὁπλομαχίαν*: cum qua saepe conjuncta est vel simulandi vel mentiendi significatio.

σαυτὸν ἐπὶ τὸ γεγενημένον ἐπιγράψεις] *Ἐπιγράφειν ἐπὶ* phrasis est propria eorum, qui honoris caussa nomina inscribunt in donaria; hinc tropica significatio eadem, quam explicuimus ad verbum *προςποιεῖσθαι.*

δωρεὰς αἰτήσεις καὶ χρυσοῖς στεφάνοις στεφανοῦσθαι] e h k l, *ἀξιώσεις στεφανοῦσθαι.* Librarii videntur offendisse in constructionis variatione, quum *αἰτήσεις* primo constructum sit cum accusativo substantivi, dein cum infinitivo verbi. Sed interdum sic antiqui. Aeschylus Agam. 1413. s.

Νῦν μὲν δικάζεις ἐκ πόλεως φυγὴν ἐμοὶ
καὶ μῖσος ἐχθρῶν δημόθρους τ᾽ ἀρὰς ἔχειν. Vide ad *παραπρ.* 38.

53. *φαῦλον*] Ut *δημοτικῷ ἀνδρὶ* explicativum *σώφρονι* addidit, sic *τὸν ὀλιγαρχικὸν* explicat per *φαῦλον*, qui idem est cum *κακῷ, δολίῳ.* Ut enim *οἱ ὀλιγαρχικοὶ* ex natura rei proni sunt ad superbiam et importunitatem, sic Atheniensibus, *δημοκρατίας* ne dicam *ὀχλοκρατίας* studiosissimis, *ὀλιγαρχικὸς* et *φαῦλος* idem erat.

τοίνυν ἅπαντας ἂν ὑμᾶς ὁμολογήσειν τάδε δεῖν ὑπάρξαι τῷ δημοτικῷ. πρῶτον μὲν, ἐλεύθερον αὐτὸν εἶναι καὶ πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρός· ἵνα μὴ διὰ τὴν περὶ τὸ γένος ἀτυχίαν δυσμενὴς ᾖ τοῖς νόμοις, οἳ σώζουσι τὴν δημοκρατίαν. δεύτερον δ', ἀπὸ τῶν προγόνων εὐεργεσίαν τινὰ αὐτῷ πρὸς τὸν δῆμον ὑπάρχειν, ἢ, τό γ' ἀναγκαιότατον, μηδεμίαν ἔχθραν· ἵνα μὴ βοηθῶν τοῖς τῶν προγόνων ἀτυχήμασι κακῶς ἐπιχειρῇ ποιεῖν τὴν πόλιν. τρίτον, σώφρονα καὶ μέτριον χρὴ πεφυκέναι αὐτὸν πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν· ὅπως μὴ διὰ τὴν ἀσέλγειαν τῆς δαπάνης δωροδοκῇ κατὰ τοῦ δήμου. τέταρτον, εὐγνώμονα καὶ δυνατὸν εἰπεῖν. καλὸν γὰρ τὴν μὲν διάνοιαν προαιρεῖσθαι τὰ βέλτιστα, τὴν δὲ παιδείαν τὴν τοῦ ῥήτορος καὶ τὸν λόγον πείθειν τοὺς ἀκούοντας· εἰ δὲ μή, τήν γ' εὐγνωμοσύνην ἀεὶ προτακτέον τοῦ λόγου. πέμπτον, ἀνδρεῖον εἶναι τὴν

ἅπαντας ἂν ὑμᾶς ὁμολογήσειν] Bekkerus dedit ὁμολογῆσαι ex e h k l. Nos quidem ἂν cum futuro vindicavimus jam ad παραπρ. c. 3. Hic autem ἂν jungendum cum ἅπαντας ad mitigandam generis notionem, ut observavi ad Tim. 59.

βοηθῶν τοῖς τῶν προγόνων ἀτυχήμασι] Vindicans ea, quae, ut opinatur, injuste passi sunt majores. De vi τοῦ βοηθεῖν vide supra ad c. 31.

διὰ τὴν ἀσέλγειαν τῆς δαπάνης] Ἀσέλγεια h. l. improba facta et lasciviam, ut caussam profusionis notat, per profusionem ex lascivia natam, per sumtus libidinosos.

τὴν μὲν διάνοιαν προαιρεῖσθαι τὰ βέλτιστα cet.] Perperam Taylor Lambinum secutus ut subjectum infinitivi supplet τὸν ῥήτορα, et διάνοιαν pro κατὰ διάνοιαν dictum putat. Immo τὴν διάνοιαν est subjectum; τὴν διάνοιαν τοῦ ῥήτορος, consilium, probitatem oratoris, ut in altero membro τὴν δὲ παιδείαν τοῦ ῥήτορος καὶ λόγον, quae per ἓν διὰ δυοῖν dicta sunt τὸν πεπαιδευμένον λόγον vel τὸν λόγον πεπαιδευμένου ῥήτορος, ein gebildeter Vortrag, der Vortrag eines gebildeten Redners.

ψυχήν· ἵνα μὴ παρὰ τὰ δεινὰ καὶ τοὺς κινδύνους ἐγκαταλίπῃ τὸν δῆμον. τὸν δ' ὀλιγαρχικὸν, πάντα δεῖ τἀναντία τούτων ἔχειν. τί γὰρ δεῖ πάλιν διεξιέναι; σκέψασθε δὴ, τί τούτων ὑπάρχει Δημοσθένει· ὁ δὲ λογισμὸς ἔστω ἐπὶ πᾶσι δικαίοις. 54. Τούτῳ πατὴρ μὲν ἦν Δημοσθένης ὁ Παιανιεὺς, ἀνὴρ ἐλεύθερος· οὐ γὰρ δεῖ ψεύδεσθαι· τὰ δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ πάππου τοῦ πρὸς μητρὸς, πῶς ἔχει αὐτῷ; ἐγὼ φράσω. Γύλων ἦν ἐκ Κεραμέων. οὗτος προδοὺς τοῖς πολεμίοις Νύμφαιον τὸ ἐν Πόντῳ, τότε

παρὰ τὰ δεινὰ καὶ τοὺς κινδύνους] *Παρὰ* cum accusativo saepe temporis notionem habet et singula rerum momenta exprimit vertique potest in ipsis periculis, momento periculi. Subtiliter praepositionem illustravit Buttmannus in ind. Orat. in Mid. s. v.

54. *ἐπὶ πᾶσι δικαίοις*] Toupius conjecit *δίκαιος*, ut adjectivum referatur ad *λογισμὸς*, quo non opus. Nam *ἐπὶ* saepe conditionem notat et *ἐπὶ πᾶσι δικαίοις* est sub ea conditione, ut veritas plane observetur. Demosthenes *κατὰ Στεφ. ψευδομ.* B. p. 1134. *ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα εἶναι ἢ πατὴρ*, conditione ea, ut fruatur juribus legitimae uxoris.

πῶς ἔχει αὐτῷ; ἐγὼ φράσω] Interrogandi signum, quod vulgo deest, apposuit Bekkerus. Et gravior quidem est ita separatio enuntiationum. Hoc inprimis faciendum, quum responsio sit *ἐγὼ φράσω, ἐγὼ λέξω, ἐγὼ ἐρῶ, ἐγὼ διδάξω*: quod solet esse affectantis gravitatis, ut monuit Wyttenbach. ad Plutarchi Morr. p. 91. Oxon. Infra 65. *τίς οὖν ἀποδέδεικται λόγος ἀνδρὶ δικαίῳ συνηγόρῳ καὶ σώφρονι;* 67. *τίς οὖν ἐστιν ἀποτροπὴ τῶν τοιούτων λόγων; ἐγὼ ἐρῶ.* Demosthenes *περὶ στεφ.* p. 255. *τί δὲ τοῦτ' ἠδύνατο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; ἐγὼ διδάξω.*

ἐκ Κεραμέων] Harpocration: *Κεραμεῖς, δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἀκαμαντίδος, ὥς φησι Διόδωρος. φησὶ δὲ Φιλόχορος ἐν τῇ τρίτῃ, εἰληφέναι τούτους τοὔνομα ἀπὸ τῆς κεραμευτικῆς τέχνης, καὶ τοῦ θύειν Κεράμῳ τινὶ ἥρωι.* Fortasse duplex erat *δῆμος* hoc nomine appellatus, ut duo erant *Κεραμεικοί*, alter intra urbem, alter extra eam, ubi sepeliebantur et celebrabantur ii, qui in bello ceciderant.

Νύμφαιον τὸ ἐν Πόντῳ] Stephanus Byz. s. v. *Νύμφαιον, πόλις Ταυρική* (urbs Chersonesi Tauricae) *μεταξὺ Παντικαπαίου τῆς μητροπόλεως καὶ Θεοδοσίας, ὥς φησι Στράβων.* Locus Strabonis, quem respicit, est L. VII, 4, 4. p. 309. Cas. *Παντικάπαιον ἡ μη-*

τῆς πόλεως ἐχούσης τὸ χωρίον τοῦτο, φυγὰς ἀπ' εἰσαγγελίας ἐκ τῆς πόλεως ἐγένετο, θάνατον καταγνωσθέντος αὐτοῦ, τὴν κρίσιν οὐχ ὑπομείνας, καὶ ἀφικνεῖται εἰς Βόσπορον, κἀκεῖ λαμβάνει δωρεὰν παρὰ τῶν τυράννων τοὺς ὀνομαζομένους Κήπους, καὶ γαμεῖ γυναῖκα πλουσίαν μέν, νὴ Δία, καὶ χρυσίον ἐπιφερομένην πολύ, Σκύθιν δὲ τὸ γένος. ἐξ

μητρόπολίς ἐστιν [illegible], ἐπὶ τῷ στόματι τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος. Ἔστι δὲ τὸ μεταξὺ τῆς Θεοδοσίας καὶ τοῦ Παντικαπαίου στάδιοι περὶ πεντακοσίους καὶ τριάκοντα. Χώρα πᾶσα σιτοφόρος, κώμας ἔχουσα καὶ πόλιν εὐλίμενον τὸ Νύμφαιον καλούμενον. Harpocration s. v. addit: Κρατερὸς δὲ ἐν ἐνάτῃ τῶν Ψηφισμάτων φησίν, ὅτι Ἀθηναίοις τὸ Νύμφαιον ἐτέλει τάλαντον.

φυγὰς ἐγένετο τὴν δίκην οὐχ ὑπομείνας] Nempe reorum cuique licebat ἐν ἀρχῇ τῆς δίκης e patria excedere; sin vero accusator persisteret in accusatione et judicium reum condemnaret, φυγὰς ἐγένετο ὁ τὴν δίκην οὐχ ὑπομείνας i. e. numquam ei redire in patriam licebat.

εἰς Βόσπορον] Βόσπορος urbs Ponti ad fretum lacus Maeotidis, quod in Pontum Euxinum ducit. Non diversam esse hanc urbem a Panticapaeo ostendit Fr. A. Wolfius ad Demosth. Leptin p. 255.

παρὰ τῶν τυράννων] Chersonesus Taurica ἐδυναστεύετο πολὺν χρόνον ὑπὸ δυναστῶν τῶν περὶ Λεύκωνα (Cf. Demosthenis Lept. p. 466. R. § 25. et F. A. Wolfium p. 249. ss.) καὶ Σάτυρον καὶ Παιρισάδην, αὐτή τε καὶ αἱ πλησιόχωροι κατοικίαι πᾶσαι, αἱ περὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος ἑκατέρωθεν μέχρι Παιρισάδου, τοῦ Μιθριδάτῃ παραδόντος τὴν ἀρχήν. Ἐκαλοῦντο δὲ τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες, ἀρξάμενοι ἀπὸ Παιρισάδου καὶ Λεύκωνος. Strabo VII, 4, 4. Br. — Omnem horum regulorum seriem nuperrime pertexuit St. Allais l'Art de vérifier les dates avant l'ère Chrétienne. Paris 1819. T. 3. p. 28. O.

τοὺς ὀνομαζομένους Κήπους] Harpocration: Κῆποι (ut recte Valesius rescribit pro Κῆπος) πόλις ἐστὶ κατὰ Βόσπορον. Diodorus Sic. XX, 24. φυγὼν εἰς τοὺς καλουμένους Κήπους. Urbs erat haud exigua, ab hortis amoenis appellata, Milesiorum colonia. Harduinus ad Plinium Hist. Nat. VI, 6.

χρυσίον ἐπιφερομένην πολύ] Medium ἐπιφέρεσθαι interdum adhibetur de uxore, quae affert dotem, ut hoc loco. Lysias περὶ τῶν Ἀριστοφ. χρημ. p. 621. τὴν ἐμὴν μητέρα ἔλαβεν οὐδὲν ἐπιφερομένην, quod p. 625. dicitur ἄνευ χρημάτων ἔγημε. Hinc patet, minime opus esse contra libros cum Wolfio scribere εἰσφερομένην.

ἧς γίνονται αὐτῷ θυγατέρες δύο, ἃς ἐκεῖνος δεῦρο μετὰ πολλῶν χρημάτων ἀποστείλας, συνῴκισε τὴν μὲν ἑτέραν ὅτῳ δήποτε, ἵνα μὴ πολλοῖς ἀπεχθάνωμαι, τὴν δὲ ἑτέραν ἔγημε, παριδὼν τοὺς τῆς πόλεως νόμους, Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς· ἐξ ἧς ἡμῖν ὁ περίεργος καὶ συκοφάντης γεγένηται Δημοσθένης. οὐκοῦν ἀπὸ μὲν τοῦ πάππου τοῦ πρὸς μητρὸς, πολέμιος ἂν εἴη τῷ δήμῳ· (θάνατον γὰρ αὐτοῦ τῶν προγόνων κατέγνωτε·) τὰ δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς Σκύθης, βάρβαρος ἑλληνίζων τῇ φωνῇ. ὅθεν καὶ τὴν πονηρίαν οὐκ ἐπιχώριός ἐστι. 55. περὶ δὲ τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν, τίς ἐστιν; ἐκ τριηράρχου λογογράφος ἀνεφάνη, τὰ πατρῷα

ὅτῳ δήποτε] **Nonnemini**, cujus nomen non afferam. Ejus tamen nomen cognoscimus ex ipso Demosthene *κατὰ Ἀφόβου Α* p. 818. *Δημοχάρης δὲ ὁ Λευκονεὺς, ὁ τὴν τηθίδα τὴν ἐμὴν ἔχων* p. 836. *Δημοχάρης, ἔχων τὴν ἀδελφὴν τῆς ἐμῆς μητρὸς, θυγατέρα δὲ Γύλωνος.* Quae de eo ex antiquitate narrantur, collegit Ruhnkenius ad Rutil. Lupum p. 7. ss. Scripsit orationes aliquot et historiam rerum.

παριδὼν τοὺς τῆς πόλεως νόμους] Quae jubebant *γαμεῖν ἀστήν;* et *ἀστῆς* tantum uxoris liberi erant *γνήσιοι*. Mulieres enim peregrinae inhonestae atque meretrices habebantur. Pollux III, 21. *γνήσιος (υἱὸς) ὁ ἐκ γυναικὸς ἀστῆς καὶ γαμετῆς.* Habemus legem severam apud auctorem orationis Demosthenicae *κατὰ Νεαίραν* p. 1363. *ἐὰν δέ τις ἐκδιδῷ ξένην γυναῖκα ἀνδρὶ Ἀθηναίῳ ὡς ἑαυτῷ προσήκουσαν, ἄτιμος ἔστω, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ δημοσία ἔστω, καὶ τοῦ ἑλόντος τὸ τρίτον μέρος.* Alia lex huc pertinens, quae ostendit, qua severitate cuncta ad hoc genus pertinentia tractaverint, legitur ibidem p. 1350. *ἐὰν δὲ ξένος ἀστῇ συνοικῇ τέχνῃ ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν. ἐὰν δὲ ἁλῷ, πεπράσθω καὶ αὐτὸς καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ· καὶ τὸ τρίτον μέρος ἔστω τοῦ ἑλόντος.*

τῶν προγόνων] Pluralis positus est ratione sententiae. Proprie unus respicitur avus Gylon.

55. *λογογράφος – ἀναπήδησιν ἐπὶ τὸ βῆμα*] *Λογογράφου* notionem dedimus ad Tim. 38., tum quidem ratione discriminis inter *λογογράφοι* et *λογοποιόν*. H. l. oppositio est inter *λογογράφον* et *τὸν ἐπὶ τὸ βῆμα ἀναβαίνοντα*, ut hyperbolicum *ἀναπηδᾶν* vulgari vocabulo exprimam. *Λογογράφος* igitur etiam hic est caussidicus, qui orationes

καταγελάστως προϊέμενος. ἄπιστος δὲ καὶ περὶ ταῦτα δόξας εἶναι, καὶ τοὺς λόγους ἐκφέρων τοῖς ἀντιδίκοις, ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὸ βῆμα. πλεῖστον δ' ἐκ τῆς πολιτείας εἰληφὼς ἀργύριον, ἐλάχιστα περιεποιήσατο. νῦν μέντοι τὸ βασιλικὸν χρυσίον ἐπικέκλυκε τὴν δαπάνην αὐτοῦ. ἔσται δ' οὐδὲ τοῦθ' ἱκανόν· οὐδεὶς γὰρ πώποτε πλοῦτος τρόπου πονηροῦ περιεγένετο. καὶ, τὸ κεφάλαιον, τὸν βίον οὐκ ἐκ τῶν ἰδίων προσόδων πορίζεται, ἀλλ' ἐκ τῶν ὑμετέρων κινδύνων. περὶ δ' εὐγνωμοσύνην καὶ λόγου δύναμιν, πῶς πέφυκε; δεινῶς λέγειν, κακῶς βιῶναι. οὕτω γὰρ κέχρηται καὶ τῷ ἑαυτοῦ σώματι καὶ παιδοποιΐᾳ, ὥςτε με μὴ βούλεσθαι λέγειν, ἃ τούτῳ πέπρακται. ἤδη γάρ ποτε εἶδον μισηθέντας τοὺς τὰ τῶν πλησίον αἰσχρὰ λίαν σαφῶς λέγοντας. ἔπειτα, τί συμβαίνει τῇ πόλει; οἱ μὲν λόγοι καλοὶ, τὰ δ'

---

judiciales vel ipse habet, vel scriptas aliis tradit; ὁ ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ βῆμα, qui suggestum ascendit tamquam demagogus, orator et consultor in rebus publicis.

καταγελάστως] Hoc vocabulum saepe idem significat quod ἀσελγῶς. Tim. 13. ἀνθρώπου βδελυροῦ καὶ καταγελάστως μὲν κεχρημένου τῷ σώματι, αἰσχρῶς δὲ τὴν πατρῴαν οὐσίαν κατεδηδοκότος. ib. 19. πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα καταγέλαστα πέπρακται Τιμάρχῳ. 31. fin. οὐ γὰρ ἔχω, τίνα τρόπον εὐφημότερον μνησθῶ τῶν σοι καταγελάστως πεπραγμένων ἔργων.

ἐπικέκλυκε] Hunc locum laudat Diodorus Sic. XVII, 4. ita: Νῦν μέντοι τὴν δαπάνην ἐπικέκλυκε τὸ βασιλικὸν χρυσίον. Et ἐπικλύζειν quidem tropice de pecuniis saepe dicitur, quae abunde affluunt, ut patet ex exemplis, quae attulit Wesselingius l. l. Suidas s. v. ἐπικλύσασα· ἐπιδαψιλεύσασα. Τὸ βασιλικὸν χρυσίον est aurum a rege Persarum datum, ut Macedonum consiliis obsisteret.

πῶς πέφυκε; δεινῶς λέγειν, κακῶς βιῶναι] Brachylogice hoc dictum, ita intelligendum: πῶς πέφυκεν; οὕτως ὥςτε δεινῶς λέγειν, οἷος δεινῶς λέγειν.

παιδοποιΐα] Apparet Aeschinem ex obliquo Demostheni objicere procreationem liberorum ex ἑταίρας.

ἔργα φαῦλα. 56. πρὸς δ᾽ ἀνδρείαν βραχύς μοι λείπεται λόγος. εἰ μὲν γὰρ ἠρνεῖτο μὴ δειλὸς εἶναι, ἢ ὑμεῖς μὴ συνῄδειτε αὐτῷ, διατριβὴν ὁ λόγος ἄν μοι παρεῖχεν· ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὸς ὁμολογεῖ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ὑμεῖς συνίστε, λοιπὸν ὑπομνῆσαι τοὺς περὶ τούτων κειμένους νόμους. ὁ γὰρ Σόλων, ὁ παλαιὸς νομοθέτης, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ᾤετο δεῖν ἐνέχεσθαι τὸν ἀστράτευτον, καὶ τὸν λελοιπότα τὴν τάξιν, καὶ τὸν δειλὸν ὁμοίως· εἰσὶ γὰρ καὶ δειλίας γραφαί. καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις ὑμῶν, εἰ εἰσὶ φύσεως γραφαί. εἰσίν. τίνος ἕνεκα; ἵνα ἕκαστος ἡμῶν τὰς ἐκ τῶν νόμων ζημίας φοβούμενος μᾶλλον, ἢ τοὺς πολεμίους, ἀμείνων ἀγωνιστὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὑπάρχῃ. ὁ μὲν τοίνυν νομοθέτης τὸν ἀστράτευτον, καὶ τὸν δειλὸν, καὶ τὸν λιπόντα τὴν τάξιν, ἔξω τῶν περιρραντηρίων τῆς

---

56. *ἀστράτευτον*] Ulpianus ad Demosthenis Olynth. III. p. 22. *ἀστράτευτον* explicat *τὸν μηδέποτε ἐγγραφέντα εἰς τὸν κατάλογον τῶν στρατιωτῶν*. Heraldus contra, Wesselingius aliique affirmant, *ἀστρατεύτους* dictos esse, qui in catalogum militum relati, militiae se subtraxerant. Mihi videtur *ἀστράτευτος* utraque significatione dici, et is, qui catalogo se subducere omnino sciebat, et is, qui quamvis in catalogum relatus erat, ipsi tamen militiae se subtraxerat; *ἀστρατείας* autem *ἁλῶναι* dicebatur in genere is, qui non militavit. Locus classicus est in Lysiae oratione *κατὰ Ἀλκιβ. λιποταξίου*, ut restitutus est in editione Bekkeri ex codicibus §. 7. *ἡγοῦμαι δ᾽, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὅλῳ τῷ νόμῳ μόνον αὐτὸν τῶν πολιτῶν ἔνοχον εἶναι. ἀστρατείας μὲν γὰρ δικαίως ἂν αὐτὸν ἁλῶναι, ὅτι οὐ κατελέγη, λιποταξίου δὲ, ὅτι οὐκ ἐπεξῆλθε μεθ᾽ ὑμῶν στρατοπέδῳ μόνος, οὐδὲ παρέσχε μετὰ τῶν ἄλλων ἑαυτὸν τάξαι· δειλίας δὲ, ὅτι δέον ἕκαστον μετὰ τῶν ὁπλιτῶν κινδυνεύειν, ὁ δ᾽ ἱππεύειν εἵλετο.* Legis poena *ἐξείργει τοιοῦτον ἔξω τῶν περιρραντηρίων*. Quid sint *περιρραντήρια*, expositum est ad Tim. 10. Quod si quis, unius trium horum criminum convictus, legi non obtemperabat, rapiebatur ab Undecimviris ad Heliastarum tribunal, ut ei poena aut multa irrogaretur. Demosthenes *κατὰ Τιμοκρ.* p. 733. — Ceterum *ὁμοίως* jungendum cum *ἐνέχεσθαι*.

εἰσίν] Sic scripsit Bekkerus, nulla notata varietate. Quum id eum suorum codicum auctoritate fecisse existimem, id retinui. Vide supra c. 3.

ἀγορᾶς εἴργει, καὶ οὐκ ἐᾷ στεφανοῦσθαι, οὐδὲ εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ· σὺ δὲ τὸν ἀστράτευτον ἐκ τῶν νόμων κελεύεις ἡμᾶς στεφανοῦν, καὶ τῷ σαυτοῦ ψηφίσματι τὸν οὐ προσήκοντα εἰσκαλεῖς τοῖς τραγῳδοῖς εἰς τὴν ὀρχήστραν, εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διονύσου, τὸν τὰ ἱερὰ διὰ δειλίαν προδεδωκότα; ἵνα δὲ μὴ ἀποπλανῶ ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, ἐκεῖνο μέμνησθε, ὅταν φῇ δημοτικὸς εἶναι, θεωρεῖτ' αὐτοῦ μὴ τὸν λόγον, ἀλλὰ τὸν βίον, καὶ σκοπεῖτε μὴ τίς φησιν εἶναι, ἀλλὰ τίς ἐστιν. 57. Ἐπεὶ δὲ στεφάνων ἀνεμνήσθην καὶ δωρεῶν, ἕως ἔτι μέμνημαι, προλέγω ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ καταλύσετε τὰς ἀφθόνους ταύτας δωρεὰς, καὶ τοὺς εἰκῇ διδομένους στεφάνους, οὔθ' οἱ τιμώμενοι χάριν ὑμῖν εἴσονται, οὔτε τὰ τῆς πόλεως πράγματα ἐπανορθωθήσεται. τοὺς μὲν γὰρ πονηροὺς οὐ μή ποτε βελτίους ποιήσετε, τοὺς δὲ χρηστοὺς εἰς τὴν ἐσχάτην ἀθυμίαν ἐμβαλεῖτε. ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, μεγάλα τούτων οἶμαι σημεῖα δείξειν ὑμῖν. εἰ γάρ τις ὑμᾶς ἐρωτήσειε, πότερον ὑμῖν ἐνδοξοτέρα δοκεῖ ἡ πόλις εἶναι ἐπὶ τῶν νυνὶ καιρῶν, ἢ ἐπὶ τῶν προγόνων, ἅπαντες ἂν ὁμολογήσαιτε, ὅτι ἐπὶ τῶν προγόνων. ἄνδρες δὲ πότερον τότε ἀμείνους ἦσαν, ἢ νυνί; τότε μὲν διαφέροντες, νυνὶ δὲ πολλῷ καταδεέστεροι. δωρεαὶ δὲ καὶ στέφανοι καὶ κηρύγματα

τοῖς τραγῳδοῖς] Non erat, quod Reiskius ex Helmst. ἐν τοῖς τραγῳδοῖς rescriberet. Constructionem imitantur Latini. Cicero Philipp. I, 15. 36. Quid enim gladiatoribus clamores innumerabilium civium? ubi vide interpretes. Wunderlich. In ipsa Aeschinis παρανόμων γραφῇ, quam servavit Demosthenes περὶ στεφ. p. 243., legitur absolute τραγῳδοῖς καινοῖς.

τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ] Cf. ad Tim. 10.

57. Ἐπεὶ δὲ cet.] Hoc idem auctor vitarum, quae sub Cornelii Nepotis nomine feruntur, Miltiad. VI, 2. Ut enim populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi et obsoleti, sic olim apud Athenienses fuisse reperimus.

καὶ σιτήσεις ἐν πρυτανείῳ, πότερον τότε ἦσαν πλείους, ἢ νυνί; τότε μὲν ἦν σπάνια τὰ καλὰ παρ' ἡμῖν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα τίμιον· νῦν δ' ἤδη καταπέπλυται τὸ πρᾶγμα, καὶ τὸ στεφανοῦν ἐξ ἔθους ἀλλ' οὐκ ἐκ προνοίας ποιεῖσθε. οὔκουν ἄτοπον οὑτωσὶ διαλογιζομένοις, τὰς μὲν δωρεὰς νῦν πλείους εἶναι, τὰ δὲ πράγματα τῆς πόλεως τότε μᾶλλον ἢ νῦν ἰσχύειν, καὶ τοὺς ἄνδρας νῦν μὲν χείρους εἶναι, τότε δὲ ἀμείνους; ἐγὼ δὲ τοῦθ' ὑμᾶς ἐπιχει-

---

σιτήσεις] Male Reiskius ex cod. Helmst. *σιτίσεις* scripsit: nam si de honore illo, civibus praeclare de republica meritis publice victum quotidianum praebendi sermo est, non adhibetur *σίτισις*. Verbum enim est *σιτεῖσθαι*, et poëtarum loca veritatem satis ostendunt. Aristoph. Ran. v. 96.

Σίτησιν αὐτὸν ἐν Πρυτανείῳ λαμβάνειν.

Thomas M. s. v. *πρυτανεῖον· τὸ κοινὸν ταμιεῖον, ὅθεν καὶ αἱ εὐεργεσίαι καὶ σιτήσεις ἐδίδοντο.* Infra c. 64. scriptura *σιτήσεις* a nemine tentabatur. Qui in perpetuum illo praemio ornati erant, *ἀείσιτοι* dicebantur. alii honoris caussa semel ad coenam in Prytaneo invitabantur, velut legati post administratam legationem domum reversi.

καταπέπλυται τὸ πρᾶγμα] Pollux VII, 38. *πλύνειν καὶ τὸ λοιδορεῖν· καὶ πλύνον με ποιεῖς ἡ κωμῳδία φησὶν, ἤγουν ὀνειδίζεις ἢ αἰσχύνεις. καὶ τὸ οὐδενὸς ἄξιόν τι ἀποπεφάνθαι ὁ ῥήτωρ ἔφη Αἰσχίνης.* Aristophanes Acharn. 379.

Διέβαλλέ καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου
κἀκυκλοβόρει, κἄπλυνεν.

ubi Scholiastes: *κατέμιξε τὴν κωμῳδιακὴν χάριν καὶ τὰ δικαστικὰ ῥήματα. τὸ μὲν γὰρ διαβάλλειν καὶ πλύνειν εἴποι τις ἂν περὶ τὰ δικαστήρια ταῦτα λέγειν δεῖν· τὸ δὲ κυκλοβορεῖν καὶ καταγλωττίζειν χαριεντίσματά ἐστι κωμῳδίας.*

τότε μᾶλλον ἢ νῦν ἰσχύειν] Si diversorum temporum particulae sunt in eadem enuntiatione, interque eas particula praesentis temporis, verbum plerumque in tempore praesenti ponitur. Demosthenes περὶ στεφ. p. 236. *ὑπὲρ οὗ καὶ τότε καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ὁμολογῶ πολεμεῖν.* Br. — Bekkerus habet *τότε μᾶλλον ἰσχύειν*, omisso *ἢ νῦν*, quod tamen septem ejus codd. retinent. O.

ρίστῳ διδάσκειν, 58. οἴεσθ' ἄν ποτε, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐθελῆσαί τινα ἐπασκεῖν εἰς τὰ Ὀλύμπια, ἢ εἰς ἄλλον τινὰ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων, παγκράτιον ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν βαρυτέρων ἄθλων, εἰ ὁ στέφανος ἐδίδοτο μὴ τῷ κρατίστῳ ἀλλὰ τῷ διαπραξαμένῳ; οὐδεὶς ἄν ποτ' ἠθέλησεν ἐπασκεῖν. νῦν δ', οἶμαι, διὰ τὸ σπάνιον καὶ τὸ περιμάχητον καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀείμνηστον ἐκ τῆς νίκης, ἐθέλουσί τινες τὰ σώματα παρακαταθέμενοι καὶ τὰς μεγίστας ταλαιπωρίας ὑπομείναντες διακινδυνεύειν. ὑπολάβετε τοίνυν ὑμᾶς αὐτοὺς εἶναι ἀγωνοθέτας πολιτικῆς ἀρετῆς, κἀκεῖνο ἐκλογίσασθε, ὅτι ἐὰν μὲν τὰς δωρεὰς ὀλίγοις καὶ ἀξίοις καὶ κατὰ τοὺς νόμους διδῶτε, πολλοὺς ἀγωνιστὰς ἕξετε τῆς ἀρετῆς· ἐὰν δὲ τῷ βουλομένῳ καὶ τοῖς διαπραξαμένοις

---

58. Οἴεσθ' ἂν ποτε] Vulgo Οἴεσθέ ποτε ἐθελῆσαι. Equidem defendi aoristum infinitivi post οἴεσθαι et similia Tim. 13. Quum autem ex b c h k l, ἂν addiderit Bekkerus, et Wunderlich moneat, agi de re, sumta tantum, quam noveris vere non evenisse nec esse, de hoc loco sententiam mutavi.

παγκράτιον] Teste Plutarcho Sympos. T. II. p. 638. μέμικται τὸ παγκράτιον ἔκ τε πυγμῆς καὶ πάλης. Quintilianus Institt. II, 8, 13. Si quis exercendi corpora peritus docendum pancratiasten susceperit, non pugno ferire vel calce tantum, aut nexus modo, atque in his certos aliquos docebit, sed omnia, quae sunt ejus certaminis. Pugno ferire et calce erat pugilum, nexus luctatorum (συμπλοκαὶ), utraque pancratiastarum. Verum quum pugiles caestibus dimicandi jus haberent, pancratiastis nonnisi pugnis non armatis videtur licuisse certare.

ἀγωνοθέται] Moeris quidem p. 97. ἀθλοθέτης, inquit, Ἀττικῶς, ἀγωνοθέτης Ἑλληνικῶς: in quo eum falli docuerunt interpretes. Atque etiam illud discrimen, quod nonnulli inter ἀθλοθέτας et ἀγωνοθέτας statuunt, illos μόνα γυμνικὰ, hos τὰ μουσικὰ ἀκροάματα direxisse, refutatur praestantissimorum scriptorum usu. Hesychius ἀγωνοθέτης, ἀρχῆς ὄνομα Ἀθήνησι. Pollux VIII, 93. ἀθλοθέται δέκα μέν εἰσιν, εἷς κατὰ φυλήν. Latini munerarios dicunt, quo vocabulo primum Augustum usum esse testatur Quintilianus VIII, 3, 34, quum antea vel domini ludorum vel editores nominarentur.

χαρίζησθε, καὶ τὰς ἐπιεικεῖς φύσεις διαφθερεῖτε. ὅτι δὲ ὀρθῶς λέγω, ἔτι μικρῷ σαφέστερον ὑμᾶς βούλομαι διδάξαι. πότερον ὑμῖν ἀμείνων ἀνὴρ εἶναι δοκεῖ Θεμιστοκλῆς ὁ στρατηγήσας, ὅτ᾽ ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ τὸν Πέρσην ἐνικᾶτε, ἢ Δημοσθένης ὁ τὰς τάξεις λιπών; Μιλτιάδης δὲ ὁ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην τοὺς βαρβάρους νικήσας, ἢ οὗτος; ἔτι δ᾽ οἱ ἀπὸ Φυλῆς φεύγοντα τὸν δῆμον καταγαγόντες; Ἀριστείδης δ᾽ ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος, ὁ τὴν ἀνόμοιον ἔχων ἐπωνυμίαν Δημοσθένει; ἀλλ᾽ ἔγωγε, μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους, οὐδ᾽ ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ἄξιον ἡγοῦμαι μεμνῆσθαι τοῦ θηρίου τούτου καὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν. 59. ἐπιδειξάτω τοίνυν Δημοσθένης ἐν τῷ αὑτοῦ λόγῳ, εἴ που γέγραπταί τινα τούτων τῶν ἀνδρῶν στεφανῶσαι. ἀχάριστος ἄρ᾽ ἦν ὁ δῆμος; οὔκ, ἀλλὰ μεγαλόφρων, κἀκεῖνοί γε οἱ μὴ τετιμημένοι, τῆς πόλεως ἄξιοι. οὐ γὰρ ᾤοντο δεῖν ἐν τοῖς γράμμασι

Ἀριστείδης δὲ] H. Wolfius Ἀριστείδης θ᾽. Perperam. Singula exempla in progressu enumerantur per particulam δέ, nonnunquam cum indignatione. Demosthenes περὶ παραπρ. p. 393. ἀποδοῦναι δὲ καὶ Κερσοβλέπτῃ τοὺς ὅρκους, μὴ μετέχειν δὲ τῶν ἐν Ἀμφικτύοσιν, ἐπανορθώσεσθαι δὲ τὴν εἰρήνην.

59. κἀκεῖνοί γε οἱ μὴ τετιμημένοι τῆς πόλεως ἄξιοι] Taylor quum in Mead. reperisset ἀνάξιοι, conjecit: κἀκεῖνοι δὲ – ἀνάξιοι; „Quum Themistocles, inquit, Aristides, Thrasybulus, non coronarentur, aut civitas immemor et ingrata, aut illi imerentes erant. Ἀχάριστος ἄρ᾽ ἦν ὁ δῆμος; οὐκ· ἀλλὰ μεγαλόφρων. Id erat prius. Sequitur κἀκεῖνοι δ – οὐκ ἀνάξιοι; similiter cum interrogatione." — Tum ante γὰρ negativa responsio supplenda esset, de quo locuti sumus supra c. 6. οὐδὲ γὰρ πονηρὸν ἦσαν αὐτοῖς. Non tamen videtur a lectione vulgata recedendum, quamvis ἀνάξιοι sit etiam in c d f. Nempe Aeschines in responsione utrosque conjungit et populum et cives de republica bene meritos, adjuncto suo alterutris praedicato. Populus enim erat μεγαλόφρων, qui non parva magnis virtutibus praemia convenire judicabat; et ii ipsi, qui non parvis praemiis honorabantur, digni erant generosa civitate. Particula autem γε huic

τιμᾶσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ μνήμῃ τῶν εὖ πεπονθότων, ἣ ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας ἀθάνατος οὖσα διαμένει. δωρεὰς δὲ τίνας ἐλάμβανον; ὧν ἄξιόν ἐστι μνησθῆναι. ἦσάν τινες κατὰ τοὺς τότε καιρούς, οἳ πολὺν πόνον ὑπομείναντες καὶ μεγάλους κινδύνους, ἐπὶ τῷ Στρυμόνι ποταμῷ ἐνίκων μαχόμενοι Μήδους. οὗτοι δεῦρο ἀφικόμενοι, τὸν δῆμον ᾔτησαν δωρεάν, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τιμὰς μεγάλας, ὡς τότ' ἐδόκει, τρεῖς λιθίνους Ἑρμᾶς στῆσαι ἐν τῇ στοᾷ τῇ τῶν Ἑρμῶν, ἐφ' ᾧ τε μὴ ἐπιγράφειν τὰ ὀνόματα τὰ ἑαυτῶν, ἵνα μὴ τῶν στρατηγῶν ἀλλὰ τοῦ δήμου δοκῇ εἶναι τὸ ἐπίγραμμα. (60). *ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἐξ αὐτῶν τῶν ποιημάτων εἴσεσθε. ἐπιγέγραπται γὰρ ἐπὶ μὲν τῷ πρώτῳ τῶν Ἑρμῶν·*

---

loco aptissima. Est quod nos dicimus gerade, eben. Hanc particulae vim illustravit Hermannus ad Viger. p. 826.

ἐπὶ τῷ Στρυμόνι] Intelligitur Cimonis expeditio in Thracia, cujus regionis flumen erat Strymon, quo cum valido exercitu eum trajicere jubebant Athenienses, ut sociis urbibus auxilium ferret, et quae Persicis adhuc praesidiis tenebantur, in libertatem vindicaret. Primum igitur Ejonem (*Ἠϊόνα*) Persarum jugo adhuc pressam dolo cepit, et terra marique pari fortuna usus est. Exponit haec Diodorus Sic. XI, 60. sqq. Plutarch. Cim. p. 482. c. 7. — 10., tetigit Thucydides L. I, 98. Contigerunt haec Ol. LXXVII, 3. et 4. Qui labores erant Atheniensibus tolerandi, perspicitur ex Herod. VII, 107.

ἐν τῇ στοᾷ τῇ τῶν Ἑρμῶν] Porticus quaedam in foro, de qua Harpocration s. v. *Ἑρμαῖ. Μενεκλῆς ἢ Καλλίκρατος ἐν τῷ περὶ Ἀθηναίων γράφει ταυτί. Ἀπὸ τῆς ποικίλης καὶ τῆς τοῦ βασιλέως στοᾶς* (vide intpp. ad Platonis Eutyphr. 1.) *εἰσὶν οἱ Ἑρμαῖ καλούμενοι. διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς κεῖσθαι καὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν καὶ ὑπὸ ἀρχόντων ταύτην εἰληφέναι τὴν προσηγορίαν συμβέβηκεν.* Praestantium virorum laudes aliaque epigrammata Hermis inscribi solebant, quorum tria exempla noster laudat c. seq. eademque habet Plutarchus in Cimone l. l. Demosthenes in Lept. §. 93. Wolf. *ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος, ὡς ἄρα καὶ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῶν προγόνων πολλὰ ἀγαθὰ εἰργασμένοι τινὲς οὐδενὸς ἠξιοῦντο τοιούτου, ἀλλ' ἀγαπητῶς ἐπιγράμματος ἐν τοῖς Ἑρμαῖς ἐτύγχανον.*

Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι, οἵ ποτε Μήδων
Παισὶν ἐπ᾽ Ἠϊόνι, Στρυμόνος ἀμφὶ ῥοὰς,
Λιμόν τ᾽ αἴθωνα κρατερόν τ᾽ ἐπάγοντες Ἄρηα,
Πρῶτοι δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίην.

---

60. *ἦν ἄρα* cet. Tria haec epigrammata laudantur etiam in Anthologia Graeca T. IV. p. 118. ed. Jacobs inter *ἐπιγράμματα ἀδέσποτα*. — De *ἦν* hoc habet Choeroboscus p. 1293. Anecdd. Bekk. *ἦν εὑρέθη καὶ πρώτου προσώπου πληθυντικοῦ, οἷον ἦν ἡμεῖς ἀντὶ τοῦ ἦμεν. εἰκότως οὖν καὶ τὸ τρίτον πρόσωπον τῶν πληθυντικῶν οὐκ ἐνήλλαξε πρὸς τὸ ἴδιον πρόσωπον, ἀλλ᾽ ἐγίνετο καὶ αὐτὸ ἦν διὰ τοῦ η*

τῆς δ᾽ ἦν τρεῖς κεφαλαί

ἀντὶ τοῦ ἦσαν. ἵνα, ὥσπερ ἐν τοῖς ἑνικοῖς τὸ πρῶτον καὶ τρίτον ὁμοφωνοῦσι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν τοῖς πληθυντικοῖς τὸ πρῶτον καὶ τρίτον ὁμοφωνῶσιν. Uberius haec ibi tractantur. e h k l glossam habent *ἦσαν*.

Λιμόν τ᾽ αἴθωνα] Apud Homerum inter alia *αἴθων* est epitheton leonis, quod alii de fulvo colore, alii de ferocia et violentia interpretantur. Quicquid sit, *αἴθω* proprie habet calefaciendi notionem, et inde derivata est notio incendendi, urendi et similes. *Λιμὸς αἴθων* id est, quod in nonnullis regionibus ein brennender, in aliis ein grimmiger Hunger vocatur. Athenaeus L. X. c. IX. p. 416. Cas. *Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνείας, Ἐρυσίχθονα, φησὶ, τὸν Μυρμιδόνος, ὅτι ἦν ἄπληστος βορᾶς, Αἴθωνα καλεῖσθαι.* Hinc Suidas s. v. *Αἴθων, ὁ βίαιος λιμός.* Ovidius Metamorph. VIII, 827.

furit ardor edendo.

837. sqq.

Utque rapax ignis non umquam alimenta recusat
Innumerasque trabes cremat, et quo copia major
Est data, plura petit, turbaque voracior ipsa est:
Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani
Accipiunt, poscuntque simul. — — —
— — — — — — — — — —
Tum quoque dira fames, implicataeque vigebat
Flamma gulae.

Cf. Ez. Spanhemium ad Callimachi H. in Cer. v. 67.

πρῶτοι δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίην] „Primi omnium viam et rationem invenerunt, qua hostes in consilii inopiam conjicerent." Jacobs.

ἐπὶ δὲ τῷ δευτέρῳ·

Ἡγεμόνεσσι δὲ μισθὸν Ἀθηναῖοι τάδ' ἔδωκαν,
Ἀντ' εὐεργεσίης καὶ μεγάλης ἀρετῆς.
Μᾶλλόν τις τάδ' ἰδὼν καὶ ἐπεσσομένων ἐθελήσει
Ἀμφὶ ξυνοῖσι πράγμασι μόχθον ἔχειν.

ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ ἐπιγέγραπται Ἑρμῇ·

Ἔκ ποτε τῆσδε πόληος ἅμ' Ἀτρείδῃσι Μενεσθεὺς
Ἡγεῖτο ζάθεον Τρωϊκὸν ἀμπεδίον,
Ὅν ποθ' Ὅμηρος ἔφη Δαναῶν πύκα χαλκοχιτώνων

μισθὸν] Praemium, honorem.

ἀμφὶ ξυνοῖσι πράγμασι] In Anthologia legitur *ἀμφὶ περὶ ξυνοῖς*, quod ex Plutarcho primum venit in Brunckii Analecta. Sed quando in Homero *ἀμφὶ περὶ* legitur, *ἀμφὶ* adverbialiter positum est. Pleonasmus autem cujuscujus praepositionis nonnisi in certis formulis legitur, ut monuit Hermannus ad Vigerum p. 861. *Ἀμφὶ* autem interdum, inprimis apud poëtas, significat, quod attinet ad, ratione. Vide Matthiae Gr. Gr. §. 583. *Ξυνοῖσι* Etymologicum M. p. 611. *ξυνὸς ὁ κοινός. οἶμαι, ὅτι συνὸς, ὁ συνὼν τινι, ἢ ξύνιος παρὰ τοῦ συνιέναι τινί. ἢ παρὰ τὴν σὺν πρόθεσιν παρῆκται· τὸ γὰρ σὺν ξὺν φασιν οἱ Ἀττικοί.* Forsitan tamen *ξυνὸς* nonnisi erat ex alia dialecto idem vocabulum, quod Attici pronuntiabant *κοινόν*. Wunderlich autem scripsit *ξυνοῖσιν*, quod hac aetate media syllaba pentametri Graecorum elegiaci semper producitur, ut docuit in singulari dissertatione Fried. Traug. Friedemannus. Hic tamen sequens vocabulum a *πρ* incipiens tolerabilem facit codicum lectionem.

μόχθον ἔχειν] Plutarchus habet *δῆριν ἔχειν*. Videtur tamen laboris et molestiae notio aptior, quam litis et contentionis.

Μενεσθεὺς] Respicitur ad Homerum Il. II, 552, qui sic de Menestheo:

τῷ οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνὴρ
κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδώτας.

χαλκοχιτώνων] Plutarchus habet *θωρηκτάων*, quod offert etiam Bern., et habet g h m, supra versum, et in editione hujus orationis edidit Wunderlich, adnotans, adverbium *πύκα* unice favere lectioni *θωρηκτάων*, non vero vocabulo *χαλκοχιτώνων* convenire, atque etiam Homerum, qui saepe *πύκα θωρηκτ.* usurpaverit, nusquam habere

Κοσμητῆρα μάχης ἔξοχον ἄνδρα μολεῖν.
Οὕτως οὐδὲν ἀεικὲς Ἀθηναίοισι καλεῖσθαι
Κοσμητὰς πολέμου τ' ἀμφὶ καὶ ἠνορέης.

Ἔστι που τὸ τῶν στρατηγῶν ὄνομα; οὐδαμοῦ ἀλλὰ τὸ τοῦ δήμου. 61. προσέλθετε δὴ τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὴν στοὰν τὴν ποικίλην· ἁπάντων γὰρ ὑμῖν τῶν καλῶν ἔργων τὰ ὑπομνήματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀνάκειται. τί οὖν ἐστιν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὃ ἐγὼ λέγω; ἐνταῦθα ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. τίς οὖν ἦν ὁ στρατηγός; οὑτωσὶ μὲν ἐρωτηθέντες ἅπαντες ἀποκρίναισθε ἄν, ὅτι Μιλτιάδης. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐπιγέγραπται. πῶς; οὐκ ᾔτησε τὴν δωρεὰν ταύτην; ᾔτησεν, ἀλλ' ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὀνόματος συνεχώρησεν αὐτῷ πρώτῳ γραφῆναι παρακαλοῦντι τοὺς

πάνυ χαλκοῦ. Quod quamquam concedimus, seriore tamen tempore synonymis idem adverbium addi poterat. Mss. igitur codices secutus sum.

κοσμητῆρα] Sic dedit Bekkerus ex e h k l. Idem supra scriptum in a g m. Vulgo legitur κοσμήτορα, quod est in nullo Bekkeri codice, nisi quod supra scriptum sit in n. Ceteri contra metrum κοσμήτορα. Et in casibus obliquis Homerus ubique habet o breve. Formam quidem κοσμητὴς nescio an usquam legitur; sed derivationis regulis non minus convenit quam κοσμήτωρ. Eadem forma est in Plutarcho et Anthologia. Versu ultimo habemus formam κοσμητής.

61. εἰς τὴν στοὰν τὴν ποικίλην] Pausanias L. I, 15, 1. ποικίλην ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῶν γραφῶν, ubi picturas, quae inerant in hac porticu, accurate describit. Plutarchus Cim. p. 480. fin. tradit priori tempore eam Πεισιανάκτειον στοὰν appellatam esse, quocum consentit Diogenes Laërtius L. VII, 5. Ab hac στοᾷ nomen habent Στωϊκοὶ, quoiam in hac porticu Zeno docebat.

ἐν τῷ Μητρῴῳ] Pausanias L. I, 3, 4. ᾠκοδόμηται δὲ καὶ μητρὸς θεῶν ἱερὸν, ἣν Φειδίας εἰργάσατο, καὶ πλησίον τὸ τῶν πεντακοσίων καλουμένων βουλευτήριον, οἳ βουλεύουσιν ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις. Aedificandi hujus templi caussa haec traditur. Metragyrtes quidam quum in Atticam venisset, mulieresque Matri deûm initiasset, in barathrum eum praecipitem egerunt Athenienses occideruntque. Ea de caussa mox orta peste oraculum acceperunt, expiandos esse interfecti manes. Ita

στρατιώτας. ἐν τοίνυν τῷ Μητρῴῳ παρὰ τὸ βουλευτήριον ἣν ἔδοτε δωρεὰν τοῖς ἀπὸ Φυλῆς φεύγοντα τὸν δῆμον καταγαγοῦσιν, ἔστιν ἰδεῖν. ἦν μὲν γὰρ ὁ τὸ ψήφισμα γράψας καὶ νικήσας Ἀρχῖνος ὁ ἐκ Κοίλης, εἷς τῶν καταγαγόντων τὸν δῆμον. ἔγραψε δὲ πρῶτον μὲν αὐτοῖς εἰς θυσίαν καὶ ἀναθήματα δοῦναι χιλίας δραχμάς, (καὶ τοῦτ' ἔστιν ἔλαττον ἢ δέκα δραχμαὶ κατ' ἄνδρα ἕκαστον) ἔπειτα κελεύει στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ αὐτῶν ἕκαστον, ἀλλ' οὐ χρυσῷ. τότε μὲν γὰρ ἦν ὁ τοῦ θαλλοῦ στέφανος τίμιος, νυνὶ δὲ καὶ ὁ χρυσοῦς καταπεφρόνηται. καὶ οὐδὲ τοῦτο εἰκῇ πρᾶξαι κελεύει, ἀλλ' ἀκριβῶς τὴν βουλὴν σκεψαμένην, ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῆς ἐπολιορκήθησαν, ὅτε Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ τριάκοντα προσέβαλλον τοῖς καταλαβοῦσι Φυλήν, οὐχ ὅσοι τὴν τάξιν ἔλιπον ἐν Χαιρωνείᾳ τῶν πολεμίων ἐπιόντων. ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, ἀναγνώσεται ὑμῖν τὸ ψήφισμα. „Ψήφισμα περὶ δωρεᾶς τοῖς ἀπὸ Φυλῆς." 62. Παρανάγνωθι καὶ ὃ γέγραφε Κτησιφῶν Δημοσθένει, τῷ τῶν μεγίστων κακῶν αἰτίῳ. „Ψήφισμα." Τούτῳ τῷ ψηφίσματι ἐξαλείφεται ἡ τῶν καταγαγόντων τὸν δῆμον δωρεά. εἰ τοῦτ' ἔχει καλῶς, ἐκεῖνο αἰσχρῶς.

---

curiam aedificaverunt eo loco, ubi eum occiderant, matrique deûm templum consecrarunt. Hoc autem templo utebantur Athenienses reconditorio tabularum publicarum et legum. Praepositus iis erat scriba publicus, et clavis erat penes Epistatam.

Ἀρχῖνος ὁ ἐκ Κοίλης] *Κοίλη* demus Atticus, cujus tribus ignoratur. Sponius tamen ex marmore refert eum tribus Hippothoontidis fuisse. Erat autem prope urbem, et sepulcrum ibi Thucydidis historici. Archinum hunc ita laudat Demosthenes κατὰ Τιμοκρ. p. 741. Ἀρχῖνον τοῦ καταλαβόντος Φυλὴν καὶ μετά γε τοὺς θεοὺς αἰτιωτάτου ὄντος τῆς καθόδου τῷ δήμῳ, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ πεπολιτευμένου καὶ ἐστρατηγηκότος πολλάκις.

θαλλοῦ στεφάνῳ] Vide ad παραγρ. 13.

οὐχ ὅσοι τὴν τάξιν ἔλιπον ἐν Χαιρωνείᾳ] Eo acerbior, quo magis inopinatus et quo remotior ab re tractata impetus.

εἰ ἐκεῖνοι κατὰ ἀξίαν ἐτιμήθησαν, οὗτος ἀνάξιος ὢν στεφανοῦται. καίτοι πυνθάνομαί γ᾽ αὐτὸν μέλλειν λέγειν, ὡς οὐ δίκαια ποιῶ, παραβάλλων αὐτῷ τὰ τῶν προγόνων ἔργα. οὐδὲ γὰρ Φιλάμμωνα φήσει τὸν πύκτην Ὀλυμπίασι στεφανωθῆναι, νικήσαντα Γλαῦκον τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον πύκτην, ἀλλὰ τοὺς καθ᾽ ἑαυτὸν ἀγωνιστάς· ὥςπερ ὑμᾶς ἀγνοοῦντας, ὅτι τοῖς μὲν πύκταις ἐστὶν ὁ ἀγὼν πρὸς ἀλλήλους, τοῖς δ᾽ ἀξιοῦσι στεφανοῦσθαι, πρὸς αὐτὴν τὴν ἀρετήν, ἧς καὶ ἕνεκα στεφανοῦνται. δεῖ γὰρ τὸν κήρυκα ἀψευδεῖν, ὅταν τὴν ἀνάῤῥησιν ἐν τῷ θεάτρῳ ποιῆται, πρὸς τοὺς Ἕλληνας. μὴ οὖν ἡμῖν, ὡς Παταικίωνος ἄμεινον

---

62. *παραβάλλων αὐτῷ τὰ τῶν προγόνων ἔργα*] Demosthenes *περὶ στεφ.* p. 330. s. *πρὸς τοὺς ζῶντας, ὦ χρηστέ, ἵνα μηδὲν ἄλλο εἴπω, τὸν ζῶντα ἐξέταζε, καὶ τοὺς καθ᾽ αὑτόν, ὥςπερ τἄλλα πάντα, τοὺς ποιητάς, τοὺς χορούς, τοὺς ἀγωνιστάς. ὁ Φιλάμμων, οὐχ ὅτι Γλαύκου τοῦ Καρυστίου καί τινων ἑτέρων πρότερον γεγενημένων ἀθλητῶν ἀσθενέστερος ἦν, ἀστεφάνωτος ἐκ τῆς Ὀλυμπίας ἀπῄει, ἀλλ᾽ ὅτι τῶν εἰσελθόντων πρὸς αὐτὸν ἄριστα ἐμάχετο, καὶ νικῶν ἀνηγορεύετο.* — *Φιλάμμων* (nam sic scribendum, non *Φιλάμων*) *πύκτης ἦν Ἀθηναῖος, ὃς πάντα τὸν χρόνον ἐνίκα τοὺς ἀντιπάλους*, Glauco quidem Carystio, qui Olympionices incertae Olympiadis est, junior, sed antiquior Ol. CX. De Glauco haec narrat Pausanias L. VI, 10. *εἶναί φασι Γλαῦκον ἐξ Ἀνθηδόνος τῶν Βοιωτῶν ἄνωθεν αὐτὸν γένος ἀπὸ τοῦ Γλαύκου τοῦ ἐν θαλάσσῃ δαίμονος. Πατρὸς δὲ οὗτος ὁ Καρύστιος ἦν Δημύλου, καὶ γῆν φασὶν αὐτὸν κατ᾽ ἀρχὰς ἐργάζεσθαι. ἐκπεσοῦσαν ἐκ τοῦ ἀρότρου τὴν ὕνιν* (Pflugschar) *πρὸς τὸ ἄροτρον συνήρμοσε τῇ χειρὶ ἀντὶ σφύρας χρώμενος. καί πως ἐθεάσατο ὁ Δήμυλος τὸ ὑπὸ τοῦ παιδὸς ποιούμενον, καὶ ἐπὶ τούτῳ πυκτεύσοντα ἐς Ὀλυμπίαν αὐτὸν ἀπήγαγεν. ἔνθα δὴ ὁ Γλαῦκος, ἅτε οὐκ ἐμπείρως ἔχων τῆς μάχης, ἐτιτρώσκετο ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιζομένων, καὶ ἡνίκα πρὸς τὸν λειπόμενον ἐξ αὐτῶν ἐπύκτευεν, ἀπαγορεύειν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν τραυμάτων ἐνομίζετο. καί οἱ τὸν πατέρα βοῆσαί φασιν· ὦ παῖ, τὴν ἀπ᾽ ἀρότρου.* (sc. *παῖε πληγήν*) *οὕτω βιαιοτέραν ἐς τὸν ἀνταγωνιστὴν ἐνεγκὼν τὴν πληγὴν αὐτίκα εἶχε τὴν νίκην.*

Παταικίωνος ἄμεινον] Suidas s. v. *Παττακίων. ἀνὴρ ἀπὸ συκοφαντίας τὸν βίον ποιούμενος, καὶ προςκρούειν ἐπιτηδεύων τοῖς εὐδοκιμοῦσι τῶν νέων. διεβάλλετο δὲ καὶ ὡς κλέπτης καὶ τοιχωρύχος. ὥςτε καὶ κωμῳδεῖσθαι ἐπὶ τούτοις.*

πεπολίτευσαι, δίελθε, ἀλλ' ἐφικόμενος τῆς ἀνδραγαθίας, οὕτω τὰς χάριτας τὸν δῆμον ἀπαίτει. ἵνα δὲ μὴ ἀποπλανῶ ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, ἀναγνώσεται ὑμῖν ὁ γραμματεὺς τὸ ἐπίγραμμα, ὃ ἐπιγέγραπται τοῖς ἀπὸ Φυλῆς τὸν δῆμον καταγαγοῦσι. „Ἐπίγραμμα."

Τούσδ' ἀρετῆς ἕνεκα στεφάνοις ἐγέραιρε παλαίχθων
Δῆμος Ἀθηναίων, οἵ ποτε τοὺς ἀδίκοις
Θεσμοῖς ἄρξαντας πόλιος πρῶτοι καταπαύειν
Ἦρξαν, κίνδυνον σώμασιν ἀράμενοι.

Ὅτι τοὺς παρὰ τοὺς νόμους ἄρξαντας κατέλυσαν, διὰ τοῦτ' αὐτούς φησιν ὁ ποιητὴς τιμηθῆναι. ἔναυλον γὰρ ἦν ἔτι τότε πᾶσιν, ὅτι τηνικαῦτα ὁ δῆμος κατελύθη, ἐπειδή τινες τὰς γραφὰς τῶν παρανόμων ἀνεῖλον. 63. καὶ γάρ τοι, ὡς ἐγὼ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμαυτοῦ ἐπυνθανόμην, ὃς ἔτη βιοὺς ἐνενήκοντα καὶ πέντε ἐτελεύτησεν, ἁπάντων μετασχὼν τῶν πόνων τῇ πόλει, ὃς πολλάκις πρὸς ἐμὲ διεξῄει ἐπὶ σχολῆς. ἔφη γάρ, ὅτε ἀρτίως κατεληλύθει ὁ δῆμος, εἴ τις εἰσίοι

ἐφικόμενος τῆς ἀνδραγαθίας] Sine caussa interpretes offendunt in generali hac enunciatione: quando fortia facta perfeceris. Consulto omittit genitivum *ἐκείνων* aut similem, ne videatur postulare, ut illorum antiquorum fortitudinem aequet, sed eum vult fortitudinis in se spectatae documenta edere.

